Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0001-6

27

Dv 1281a

W 59/545/40.be

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0002-1

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF
V 2963

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0003-7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0004-3

# PHARMACOPOEIA
## MEDICI PRACTICI
## UNIVERSALIS,

SEU

MÉTHODUS parandi Medicamenta Chemico-Pharmaceutica, et composita.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0005-9

Nullum exemplar hujus Pharmacopœiæ genuinum agnosco niſi manu mea ſignatum.

F. Swediaur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0006-5

DFG

# PHARMACOPŒIA
## MEDICI PRACTICI
## UNIVERSALIS,

SISTENS

## MEDICAMENTA PRÆPARATA
## ET COMPOSITA,

CUM EORUM USU ET DOSIBUS.

AUCTORE

F. SWEDIAUR, M. D.

Medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est. CICERO, *Orat.*

---

PARISIIS,

Apud J. J. FUCHS, et fratres LEVRAULT;
LONDINI, apud Joann. CALLOW;
LIPSIÆ, apud Gerard. FLEISCHER;
VIENNÆ, apud Rud. GRAEFFER.

M DCCC III.

EX TYPIS GUILLEMINET, NATU MAJORIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0007-0

MANIBUS

Joannis PRINGLE,

Gulielmi CULLEN,

Ricardi WARREN,

Gulielmi HEBERDEN,

Medicis non ſolum

ſcientia et praxi medica,

ſed et omni virtutum genere

Illustribus

hoc Opuſculum, amicitiæ et gratitudinis

Monumentum,

D. D. D.

Auctor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0009-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0010-6

# PRÆFATIO.

In priori opuſculo, biennio abhinc edito, *Pharmacologiam* vulgo *Materiam Medicam* dictam, ſeu qualitates, virtutes et uſum medicamentorum ſimplicium pertractavi; in hocce volumine *Pharmacopœiam*, ſeu Præparata Chemico-Pharmaceutica, et Medicamenta compoſita delineare ſtudui.

Nolui crambem centies coctam denuo recoquere, ſeu compilationem formularum ex variis libris aut diſpenſatoriis corraſam publico offerre, ſed ea potius recenſere medicamenta quæ a medicis in praxi feliciſſimis, ac in noſocomiis, præcipue Londinenſibus, evidenti cum ſucceſſu

frequenter applicata vidi, aut in praxi propria efficacissima inveni.

Pars prima Præparata Chemico-Pharmaceutica et methodum eadem præparandi, principiis chemiæ nuper stabilitis et inventis recentissimis chemicorum, qui hanc scientiam locupletarunt, superstructam continet; pars altera Medicamenta ex præparatis aut simplicibus composita, morbis præcipue internis curandis dicata, designat, adjunctis ubique usu et dosibus.

Pars tertia demum, quæ intra paucos menses sequetur, *Pharmacopœiam Chirurgicam*, seu medicamenta præparata et composita, morbis præcipue externis curandis inservientia, continebit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0012-7 DFG

Libellum hunc, ut priorem, pro medicis probe educatis latino sermone exaravi. Pro medicastris ignaris, artem divinam malo titulo exercentibus, non scribo. Nihil præterea, mea quidem opinione, empiricismo rudi et audaci ( nostrates *Charlatanerie* vocant ) propagando magis favet et animos addit quam formulæ medicamentorum lingua quacunque vulgari exaratæ. Ignari enim empirici, et medicastri sibi facillime persuadent tenentes formulam artem medendi tenere.

Nomenclaturam omnino philosophicam a chemicis Gallicis paucis abhinc annis elaboratam pro præparatis chemicis, et illam LINNÆI pro vegetabilibus adoptavi; nul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0013-3 DFG

lusque dubito quin medici eruditi, me de arte nostra bene meruisse judicabunt, quod utramque hanc linguam præcisam in formulas medicas introduxerim.

Nomen *Balsami* vagum, medicamentis resinosis acidum Benzoïcum continentibus restrinxi. Pro resinis liquidis variis nomen generale *Terebinthinæ* usurpavi, addendo nomen plantæ aut arboris unde desumitur resina; ita loco nominis Balsami Copaivæ, Balsami Canadensis etc. nomen Terebinthinæ Copaiferæ officinalis, Terebinthinæ Pinus-Balsameæ etc. adhibui. Ad evitandam confusionem aut errorem inter *ammoniacam* et *gummi-ammoniacum* dictum, hoc ultimum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0014-9 DFG

nomine: Gummi-resina *ammon* designavi, donec planta ex quâ colligitur, *innotescat*.

Opium in quibusdam Europæ provinciis adeo malæ notæ est, ut ab ægris vel nomen ejus horreatur; ideo nomen Tincturæ Sedativæ adoptavi.

PHARMACOPŒIA Medici Practici UNIVERSALIS a Pharmacopœis aut dispensatoriis variis hactenus editis differre debet. Hæc ut plurimum non nisi compilationem variarum formularum a medicis in peculiari Europæ provincia aut regione usitatarum et approbatarum continent; simulque non raro multa alia, quæ pharmacopola lucri gratia in officina sua venalia in promptu habet,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0015-4 DFG

et quæ a vetulis vel medicastris, aut medicis demum quibusdam qui farraginem inertem aut incongruam sæpe efficacibus medicamentis simplicibus aut compositis rite paratis anteferunt, expetuntur.

Pharmacopœia vero nostra non huic illive regioni, huic illive provinciæ, vel nationi, aut sectæ medicorum particulari, sed medicis omnium regionum eruditis convenire debet. Multa præterea, quæ alioquin ex tempore, aut uti aiunt magistraliter, præscribuntur, ut *haustus, mixturæ, infusa, decocta, electuaria, enemata* e c., et quæ e Pharmacopœis aliis in genere exulant quia incorrupta diu conservari nequeunt, hic merito locum habent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0016-0 DFG

Utilitas vero formularum Pharmacopœiæ Medici Practici in eo præcipue posita mihi esse videtur, quod memoriam levando, judicium Medici ad lectum ægri de statu et natura morbi meditantis, magis tranquillum et liberum reddat. Medici qui artem liberaliter exercent mecum facile sentient, quam utile sit præcavere, ne memoria fallat aut impetuose sese obstrudat, ubi ingenium et judicium sola libere agere deberent. Taceo lucrum temporis immane, medicis magna praxi obrutis, aut iis qui nosocomiis præsunt et quibus centenis ægris quotidie medicamenta præscribere incumbit, nostra Pharmacopœia oblatum, qua desideratum remedium titulo aut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0017-6

nomine unico facile et celeriter præscribitur.

Interim medicus probus in Metropoli aut urbe magna artem exercens, et sibi ipsi et saluti ægrorum suorum bene consulet, si in pluribus urbis partibus pharmacopolam chemiæ gnarum et probitate eminentem seligat cui confidere possit; alioquin optima quæ præscribit sæpe corrupta, aut ex ignorantia, negligentia vel avaritia male parata venduntur, unde ægri vita et medici fama non raro summe periclitantur.

Effectus medicamentorum in corpus humanum clare videmus; quomodo producantur, nullo modo constat. Effectus igitur notare convenit; hos a vi naturæ reagente præcipue pen-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0018-2 DFG

dere ex sequentibus satis patebit.

Medicamentum in corpore mortuo nullos parit effectus, idem corpori præter naturam sensibili aut irritabili applicatum magnos, in corpore torpido et phlegmatico parvos vel nullos forsan producet. Et idem non solum de corpore in genere, sed de corporis partibus variis valet. Catharticum quod hodie bis terve alvum movet, post octiduum administratum fortasse decies eandem ciebit; et stimulus parti externæ applicatus nunc nullam nunc magnam excitationem causat. Idem etiam medicamentum quod ægro sub forma solida non convenit, sub forma fluida felicem sæpe eventum præstat; et vice versa, qui medi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0019-0

camentum sub forma mixturæ aut decocti nauseat, sub forma boli, electuarii, aut pilularum idem sæpe facile retinet.

Quoties non videmus Hæmatoxylum, Simarubam, Opium etc. in dysenteria chronica fallere, dum Salicaria intra paucos dies salutem reddit. Cinchona ipsa non omnes dialeipyras fugat; Hydrargyrum Syphilitidem sub tropicis potius exasperat quam lenit, et sudorifica sub cœlo frigido eidem morbo debellando non sufficiunt.

Medicamenta omnia nonnisi in systema nervosum aut nonnisi in ventriculum agere, et ex hoc corpus reliquum afficere, ut quidam Neoterici somniarunt, falsum plane et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0020-1 DFG

absurdum est, et quotidiana experientia facile refutatur. Quædam præcipue aut quidem amice in nervos sensiles agere videntur, alia directe in massam sanguinis, alia in systema musculosum et arteriosum evidenter agunt. Medicamenta in genere eodem fere modo ac causæ morbificæ in corpus humanum agere videntur. Quædam in ventriculum receptæ ibidem suos effectus edunt, alia ventriculum vix afficiunt sed intestina multum lacessunt; alia demum primas vias nullo modo afficiunt, sed ex iis aut ex pulmonibus aut ex universa superficie corporis absorpta effectus suos, in systemate corporis irritabili aut in systemate nervoso sensibili, vel in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0021-7

massa sanguinis, vel demum in pluribus horum aut in omnibus simul producunt. Quædam mechanice, alia chemice in ventriculum agunt. Plurima modo nobis omnino incognito in principia sua resoluta corpus potenter afficiunt. Hæc actio nunquam constans est, sed a vi vitæ reagente (ἐνορμῶν) magis minusve semper pendet et a temperamento, ætate, sexu, regione, tempestate anni, statu morbi, consuetudine denique aut irritabilitate ægri ita modificatur, ut idem medicamentum in diversis hominibus, vel etiam in eodem homine diversis temporibus, diversos omnino effectus producat.

Ex his probe consideratis evidenter patet, eos æque decipi qui quinque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0022-3 DFG

aut sex medicamentis suppellectilem medicam absolvi posse, ac ii qui scientiam medicam in sola cognitione et possessione formularum consistere credunt, et artem totam in formularum applicatione vaga ponunt. Sic sane multi ignari vel semidocti, ægros suos et non raro semet ipsos miserrime decipiunt, et inde irati sæpe non solum contra scriptores medicos optimos sed et contra artem totam vocem tollunt.

Ars medendi, ut supra monui, non in applicatione vaga remediorum aut præscriptione formularum consistit, sed in exhibitione medicamentorum efficacium naturæ et statui morbi, et temperamento ægri probe convenientium. Idem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0023-9 DFG

morbus a variis causis sæpissime oritur. Irritabilitas et sensibilitas ægri pro ætate, sexu, regione etc. multum variant; hinc mirum non est quod empirici rudes aut semidocti, qui de his differentiis non cogitant, adeo frequenter aut de inefficacia aut de infausto medicamentorum successu querantur.

Idem fere de medicis Hippocraticæ, ut vocant, aut expectantis medicinæ fautoribus valet. Hi otiosi morborum spectatores, vel usui medicamentorum inertium insistentes, meo judicio potius ægrorum vexatores quam Medici nuncupari merentur. Illi sane medicinam Hippocraticam continuo jactando eandem vel ipsi nescire videntur, vel ægris ignaris tantum impo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0024-4 DFG

nere student. Morbi HIPPOCRATI noti et ab eo descripti pauci omnino sunt, si numero morborum hodierno comparantur. Ille nec variolas, nec morbillos, nec scarlatinam, nec numerum ingentem morborum nervosorum hodie adeo frequentium, nec scorbutum, nec luem fœdam, nec cachexiam strumosam aut rhachiticam novit, aliorumve morborum turbam, quam luxus effrænatus et educatio mollior induxerunt. Febres ab HIPPOCRATE descriptæ typum inflammatorium plerumque observabant, febres autem hodiernæ in magnis Europæ urbibus raro naturam fortiter reagentem ostendunt. Nemo præterea credat, HIPPOCRATEM medicinam solummodo expectantem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0025-0

coluiſſe aut frivola tantum auxilia adhibuiſſe, ut fautores hujus doctrinæ innuere volunt. Venæſectio, emetica, purgantia draſtica, balnea, frictiones, unctiones et exercitia corporis varia, non inertia ſed heroïca ſane artis auxilia ſunt; et ſi alia non adhibuit, ignarus potius quam timidus cenſendus eſt. Theſaurus medicamentorum efficacium et heroïcorum quem hodie poſſidemus, HIPPOCRATI incognitus fuit, et in morbis quibus Græci, natura et exercitatione robuſti, obnoxii fuerunt, inutilis pro parte fuiſſet. Interim audacter aſſero, nos febres ipſas aliosque morbos plurimos hodie feliciter et citiſſime curare, quos HIPPOCRATES ſuo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0026-6 DFG

tempore, aut ex natura eorum minus cognita aut ex defectu supellectilis medicæ, curare non potuisset.

In formulis sequentibus, præter utilia in genere nota, medicamenta composita efficacissima ac heroïca extra Angliam vix aut ne vix cognita, aliaque plura hactenus secreto habita inserui. Huc præcipue spectant non solum ea a viris optimis et sagacissimis, quibus hoc opusculum inscripsi, sed etiam multa a Doctore WARD, DOVER, JAMES, HUGH SMITH, GEORGE FORDYCE, maximo cum successu in praxi adhibita; hisce denique plura efficacia à STAHLIO, FRID. HOFFMANNO, STOLL aliisque Germaniæ Medicis celebribus inventa remedia adjunxi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0027-2 DFG

Elegans formularum simplicitas, selectus medicamentorum vere efficacium, præparandi Methodus optima, et compositio nullis nisi principiis chemicis et observationibus practicis innixa, rejectis omnibus inertibus, male digestis aut ambiguæ virtutis præparatis aut compositis, in exaranda hac Pharmacopœia mihi præprimis curæ fuerunt. Quousque scopum hunc attigerim, Medicis Philosophis, præcipue empiricis rationalibus, dijudicandum relinquo : Plebis medicæ judicium non curo.

Dabam Parisiis, 16 Februarii 1803,
( *Æræ* astron. CALY YUG 4904 ).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0028-7

# PONDERA, MENSURÆ, etc.

## PONDERA.

Nos divisionem ponderum in officinis Pharmaceuticis totius Europæ (*Galliâ exceptâ*) usitatam in hoc libro adoptavimus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Libra ℔ | habet | uncias duodecim. |
| Uncia ℥ | habet | drachmas octo. |
| Drachma ʒ | habet | scrupulos tres. |
| Scrupulus ℈ | habet | grana viginti. |

Seu :

| | | | |
|---|---|---|---|
| Libra continet unc. 12, | drach. 96, | scr. 288, | gran. 5760. |
| Libra semis unc. 6, | drach. 48, | scr. 144, | gran. 2880. |
| Uncia 1, | drach. 8, | scr. 24, | gran. 480. |
| Uncia semis, | drach. 4, | scr. 12, | gran. 240. |
| | Drachma 1, | scr. 3, | gran. 60. |
| | *Drachma semis*, | scr. $1\frac{1}{2}$, | gran. 30. |
| | | Scrupulus 1, | gran. 20. |

In Pharmaciis Gallicis autem

| | | |
|---|---|---|
| Libra | continet | uncias sedecim. |
| Uncia | continet | drachmas octo. |
| Drachma | continet | scrupulos tres. |
| Scrupulus | continet | grana viginti quatuor. |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0029-6 DFG

MENSURÆ.

Cum Mensuræ sæpe incertæ sint et pro ratione regionum multum variant, nos ubique pondera pro liquidis substituimus.

*Pinta* anglica = unc. XVI.
—— gallica = unc. XXXII s. libris duabus.
*Quart* anglicum = libris duabus.
Cochleare majus = unciæ semis.

*Congius* anglicus libras octo (unciarum sedecim) continet.

*Mensura* in quibusdam regionibus libris duabus, in aliis libris quatuor æquivalet. Hinc mensuræ quadrans in his uncias duodecim seu libram unam; in iis vero nonnisi uncias sex aut libram semis constituit.

*Manipulus* seu moles herbarum quæ manu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0030-7 DFG

complecti poteſt, pugillis modo tribus, modo quatuor, ſeu drachmis tribus aut quatuor æquivalet.

*Pugillus* ſeu moles quæ pollice et duobus digitis capi poteſt, æquivalet drachmæ uni.

*Faſciculus* eſt moles manipulorum duodecim.

Nos loco ubique loco manipuli drachmas tres; loco pugilli drachmam unam poſuimus.

---

Novum Galliæ pondus, a menſura gradus meridiani deſumptum, dividitur et antiquis ponderibus proximè reſpondet ſequenti modo :

Centigramma = grani $\frac{1}{5}$.

5 Centigrammata aut ſemi-decigramma = grano uno.

Decigramma = granis duobus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0031-3 DFG

Duplum-decigramma = granis quatuor.

Semi-gramma s. 5 decigrammata = granis decem.

Gramma = granis viginti.

Gramma unum semis = granis triginta.

2 Grammata = granis quadraginta.

1 ½ Decagramma = unciæ semis.

3 Decagrammata = unciæ uni.

Semi-hectogramma = unciæ uni semis.

Hectogramma = unciis tribus.

Duplum-hectogramma = unciis sex.

4 Hectogrammata = unciis duodecim (seu libræ medicæ generali).

5 Hectogrammata s. semi-kilogramma = libræ uni (unciarum XVI).

Kilogramma = libris duabus.

Semi-myriagramma = libris decem.

Myriagramma = libris viginti.

---

*Per calorem ferventem* seu *calorem aquæ bullientis*, intelligendus est calor 200° ad 212° thermometri Fahrenheitiani, seu 75° ad 80° thermometri Reaumuriani.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0032-8
DFG

*Per calorem lenem* aut *calorem balnei aquæ* seu *maris*, vel etiam *balnei arenæ*, intelligitur gradus caloris inter 90° ad 100° thermometri Fahrenheitiani, seu 25° ad 30° thermometri Reaumuriani.

---

*Plantas* omnes siccatas pro *decoctis*, *infusis* vel *tincturis etc.*, in pulverem tenuem tritas adhibere præstat.

---

*Vina medicata omnia*, ubi aliter non expressè præscribitur, frigidè infundenda sunt.

---

Quæ ex aliis Pharmacopœis decerpsi, in Synonymis adjectis ubique litteris initialibus indicavi;

Sic, Ph. D. Pharmacopœia Danica,
Ph. L. Pharmacopœia Londinensis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0033-4 DFG

Ph. E. Pharmacopœia EDINENSIS,

Ph. S. Pharmacopœia SUECICA,

Ph. BER. Pharmacopœia BEROLENENSIS, significat.

---

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0034-0

# PHARMACOPŒIÆ
# MEDICI PRACTICI
# UNIVERSALIS,
## PARS PRIMA,
SISTENS
## PRÆPARATA CHEMICO-PHARMACEUTICA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0035-6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0036-2
DFG

# ELENCHUS PRÆPARATORUM CHEMICO-PHARMACEUTICORUM GENERALIS.

I. *Sales Acidi* seu *Acida*, p. 1
II. *Sales Alcalini* seu *Alcalia*, 23
III. *Sales salini* s. *medii*, 28
IV. *Terræ et Sales terrestres*, 57
V. *Metalla, Oxyda, Sales, et Sulſureta metallica*, 72
VI. *Sulſureta alcalina*, 135
VII. *Sapones*, 141
VIII. *Inflammabilia*, 144
1. *Carbo*, *ibid.*
2. *Sulphur*, *ibid.*
3. *Phosphorus*, 147
IX. *Resinæ et Gummi-Resinæ purificatæ*, 149
X. *Camphora et camphorata*, 151
XI. *Olea et Oleosa*, 155
1. *Olea volatilia*, *ibid.*
2. *Olea fixa*, *ibid.*
3. *Cera*, 166
4. *Adipo-Cera*, 170
5. *Axungiæ et Seva*, 171

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0037-7
DFG

*XI. Alcohol et Alcoholiſata*, p. 172
*XII. Ammoniaca et Acida alcoholiſata*, 183
*XIII. Æther et Ætherea*, 187
*XIV. Gaza*, 198
*XV. Aqua et Aquoſa*, 201
1. *Aquæ minerales*, *ibid.*
2. —— *aromatiſatæ*, 207
*XVI. Extracta*, 212
*XVII. Succi*, 219
*XVIII. Mucilagines et gelatinæ*, *ibid.*
*XIX. Pulpæ*, 221
*XX. Roob*, 222
*XXI. Syrupi*, 225
*XXII. Mel et Mellita*, 237
*XXIII. Conſervæ et condita*, 239
*XXIV. Elæoſacchara*, 240
*XXV. Paſtæ et Trohiſci*, 241

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0038-3
DFG

# PHARMACOPŒIA
# MEDICI PRACTICI.

## SALES ET SALINA.

### I. *SALES ACIDI* seu *ACIDA.*

### ACIDUM ACETICUM, destillatum.

Synonyma. *Acetum purum concentratum; acetum destillatum; acidum acetoſum; ſpiritus aceti.* G. *Acide acétique.*

℞. Aceti vini (vel cereviſiæ) libras ſex.

Caloris gradu 213° therm. Fahrenheitiani (81° Reaumuriani) ex alembico, balneo aquæ circumdato, deſtillet liquidi pars quarta, quæ phlegma eſt. Mutato tunc excipulo continua deſtillationem, donec libræ quatuor prodierint; ſeu quamdiu limpidus tranſit liquor, quem in vaſis probe clauſis uſui ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0039-1

*NB.* Eodem modo Acetum, Capsico annuo vel Daphne mezereo, aut Daphne laureola adulteratum, purificari potest.

## ACIDUM ACETICUM, congelatione concentratum.

℞. Aceti puri quantum placet.

In vase terreo aut ligneo gradui frigoris 150° th. Fahr. (53° Reaum.) expone; pars congelata quæ aqua est abjiciatur, et liquidum remanens in vasis probe clausis usui servetur.

## ACIDUM ACETICUM, dilutum.

Syn. *Acetum commune purum seu purificatum.*

℞. Aceti vini optimi, nullo ingrediente heterogeneo inquinati, quantum placet.

*Vel:*

℞. Aceti vini (s. cerevisiæ) vulgo venalis, libras octo.

Carbonis pulv. uncias duodecim.

Misce et coque leni igne per quadrantem horæ; dein cola et adde

Aquæ destillatæ, libram unam.

*Vel :*

℞. Acidi acetici destillati, partes tres.
Aquæ destillatæ, partem unam.
Misce.

VIRTUS : Antiseptica; sudorifica; sedativo-refrigerans; diuretica.

USUS *internus* : Febres inflammatoriæ, biliosæ et putridæ; pestis; mania; melancholia; singultus; morbi ex venenis narcoticis in ventriculo hærentibus. *Externus forma vaporis, lotionis, fotus etc.* Pestis; pneumonitis, phlegmone; cephalalgia; cynanche; scirrhus; orchiocele; ecchymoma; hæmorrhagiæ; ulcera putrida. — *Item* ad effluvia putrida corrigenda. *Forma Enematis* dosi unciæ unius ad libram semis aquæ : Ileus; obstipatio rebellis; physconia viscerum abdominalium.

## ACIDUM ACETICUM concentratum (WESTENDORF.)

SYN. *Acetum radicale.*

℞. Acetatis sodæ (vel acetatis potassæ) libras decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0041-8 DFG

Acidi sulphurici libras quinque.

Immitte salem in retortam tubulatam, in balneo arenæ calido locatam, eique superfunde acidum sulphuricum et caute destilla ad siccitatem. Liquorem in excipulo obtentum in vasis exactissime clausis usui serva.

*Vel:*

℞. Aceti puri libras sex.
Oxydi manganesii libram unam.
Misce et leni igne destilla.

*NB.* Acidum aceticum hoc modo obtentum non est *oxygenatum* ut vulgo creditur; sed simpliciter concentratum ut Darracq nuper demonstravit.

Usus præcipue *externus* pro odoratu: Pestis; syncope; asphyxia; morbi soporosi; spasmi hysterici, cephalæa, etc. — *Item* pro parando æthere acetico.

## ACIDUM BENZOICUM.

Syn. *Flores benzoës; sal benzoin.* G. *acide benzoïque.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0042-4 DFG

℞. Balsami styrax-benzoin concreti pulv. quantum placet.

Destilla ex retorta vitrea cum amplo excipulo juncta. Balsamum destillatum, hoc modo maxime divisum, dilue

Aquæ destillatæ sextuplo.

Coque leniter per mediam horam dein decantatum liquorem evapora et ad crystallisandum depone. Crystallos sic obtentas in vase probe clauso usui serva.

VIRTUS : Expectorans; stimulans; sudorifica.

USUS : Morbi pulmonum atonici, pituitosi.

DOSIS : Grana sex-decem bis terve de die.

## ACIDUM CARBONICUM.

SYN. *Acidum aëreum; aër mephiticus; aër fixus; acidum cretaceum.* G. *Acide carbonique.*

Constat, partibus duabus (cum fractione) carbonis puri, et parte unâ oxygenii.

Ex carbonate calcis pulv. ope acidi sul-

phurici, vel meliùs ope acidi muriatici, aquâ diluti elicitur.

Usus : Potissimum ad aquas minerales artificiales acidulas parandas.

## ACIDUM CITRICUM.

Syn. *Acidum citri depuratum s. concentratum; acidum limoniorum; succus citri s. limoniorum concentratus.* G. *Acide citrique.*

℞. Succi fructus Citri medicæ maturi expressi et probe defæcati quantum placet.

Expone in vase vitreo in balneo aquæ gradui caloris 212° th. Fahr. (80° R.) unde pars ejusdem coagulatur, qua abjecta acidum remanens concentratum et purificatum in vasis probe clausis longo tempore bonum conservari potest.

## ACIDUM CITRICUM, gelu concentratum.

℞. Succi ex fructu Citri medicæ maturo in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0044-6 DFG

loco ejus natali expreſſi et probe deſæcati quantum placet.

Expone gradui frigoris inter 23° et 26° th. Fahr. (inter 3 et 4° infra zero th. R.) conſtanter et diligenter tollendo glaciem prout formatur; vel pertundendo glaciem effunde ſuccum concentratum in aliud vas, et ſic repetitis vicibus congelationem repete, ita ut non niſi una tertia pars ſucci remaneat, qui in vaſis probe repletis et clauſis longo tempore ſanus ſervari poteſt.

*Si* hujus ſucci ſic concentrati pars una cum partibus ſex ſacchari albi probe ſiccati et pulv. miſceatur lentis intervallis ita ut ſaccharum poſt ſingulam inſtillationem ſucci tempus ſiccandi habeat, dein ad finem tota maſſa trituretur, obtinetur *Limonada ſicca*, quæ in vaſis probe clauſis uſui ſervetur.

Pars hujus pulveris in aqua ſoluta dat limonadam gratam ex tempore quando placet parandam.

*NB.* Prof. VAUQUELIN, obſervavit gummi quodcumque in aqua ſolutum, in acidum citricum mutari, ſi per hanc ſolu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0045-1 DFG

tionem gaz acidum muriaticum oxygenatum transire cogitur.

## ACIDUM MURIATICUM, concentratum.

Syn. *Acidum muriaticum fumans; spiritus salis fumans Glauberi; acidum salis; spiritus salis marini acidus.* G. *acide muriatique.*

Gravitas ejus specifica ad pondus aquæ destillatæ sit ut 1,170 ad 1,000.

℞. Muriatis sodæ siccati et pulv. libras quatuor.

Inde in retortam tubulatam quæ in balneo arenæ locata jungatur cum apparatu destillatorio *Woulfiano*, in quo prævie aquæ destillatæ unciæ sedecim distribuantur. Commissuris omnibus probe luto obductis, postquam lutum ubique bene siccatum fuerit, adjice per aperturam tubuli lente et caute:

Acidi sulphurici concentrati, libras duas. Postquam effervescentia subsedit, ignem sensim administra, donec massa bulliat;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0046-7 DFG

gaz acidum quod in primum excipulum tranſit, cum aqua deſtillata ibidem præſente ſeſe jungens format *Acidum muriaticum concentratum* perfecte limpidum et fumans. Vapores in ſecundum et tertium excipulum tranſeuntes, ibique aquæ ſeſe jungentes *Acidum muriaticum dilutum* conſtituunt quod impraegnando majori quantitate vaporum acidorum, æque concentratum reddi poteſt ac primum.

Usus aqua diluti: Iſchuria renalis; dyſuria. — Concentrati cum melle *externus*: Aphthæ. — *Item* ad varia præparata pharmaceutica. — Forma vaporum ad putrida aëris effluvia corrigenda.

## ACIDUM MURIATICUM, oxygenatum.

Syn. *Acidum ſalis dephlogiſticatum.* G. *Acide muriatique oxigéné.*

℞. Oxydi mangaueſii nigri libram ſemis.

Acidi muriatici concentrati, libras tres.

Magnum alembicum vitreum aut retortam tubulatam in balneo arenæ loca, et cum

excipulo minore, idque cum apparatu destillatorio *Woulfiano* junge. Commissuras omnes primum luto grasso, deinde linteis, luto ex calce et albumine ovi parato, madidis probe obduce. Postquam omnia bene siccata fuerint, oxydum manganesii per aperturam alembici aut retortæ tubulatæ inde, eique adjice Acidi muriatici uncias tres, et leni igne destilla. Dum nihil ampliùs in excipulum transit, uncias tres ejusdem acidi adjice, destilla ut prius et sic continua donec acidi libræ tres hoc modo sensim affusæ fuerint.

*NB.* Durante destillatione fissuras luti, si quæ acciderint, constanter cura.

Si acidum muriaticum ad manus non sit, acidum muriaticum oxygenatum etiam parari potest, affundendo gradatim ut mox dictum fuit, miscellæ ex libris decem muriatis sodæ et oxydi manganesii pulv. libris quatuor paratæ

Acidi sulphurici libras decem.

Destilla leni igne ut prius dictum fuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0048-9 DFG

Usus *internus*: Scorbutus; herpes; syphilis?
*Externus*: Ulcera. — *Item* ad præparata quædam pharmaceutica.

ACIDUM NITRICUM, concentratum.

Syn. *Acidum nitri præcipitatum s. concentratum; acidum nitri purum s. limpidum; aqua fortis præcipitata; spiritus nitri acidus.* G. *Acide nitrique.*

Gravitas ejus specifica ad aquam destillatam sit ut 1,500 ad 1,000 (seu 30 ad 32° aërometri Baumeani).

℞. Nitratis potassæ puri pulv. libras quatuor.

Inde in retortam tubulatam, quæ in balneo arenæ locata cum apparatu destillatorio *Woulfiano* jungatur, commissuris omnibus probe luto munitis. Siccato luto, adjice per aperturam tubulatam

Acidi sulphurici libras duas.

Destilla, aucto sensim igne ad siccitatem.

Pro re nata acido sulphurico substitui potest Sulfas ferri æquali cum nitrate potassæ pondere. Residuum post destillationem in

priori casu est sulfas potassæ, in posteriori sulfas ferri cum sulfate potassæ mixtus.

Acidum nitricum æque ac muriaticum aqua mixtum sulfate calcis usto concentrari facile potest.

*NB.* Nitras potassæ, etsi probe purificatus, semper particulas aliquot acidi muriatici continet, quod cum pauca portione acidi sulphurici in excipula transit et acidum nitricum inquinat. Acidum sulphuricum aufertur instillando nitratis barytæ liquidi quantum satis, donec nihil amplius præcipitetur. Acido muriatico autem liberatur liquor, instillando guttas aliquot nitratis argenti liquidi; in quo casu, acidum muriaticum sese jungit argento et sub forma præcipitati non solubilis fundum petit. Acidum nitricum hoc modo purissimum et limpidum supernatans, à præcipitato subsidente decantetur, destilletur et in vasis optime clausis, in loco obscuro ab accessu radiorum solarium caute servetur.

Si acidum nitricum purum et limpidum radiis solaribus exponitur, fit quædam ejus principiorum decompositio et acidum parte

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0050-8 DFG

oxygenii privatum colorem rutilantem assumit et tunc *Acidum nitrosum* vulgo *Acidum nitri fumans, spiritus nitri Glauberi.* G. *Acide nitreux*, audit.

Acidum nitricum constat partibus septem oxygenii, partibus tribus nitrogenii s. azoti et aqua; id est libra una constat circiter unciis duabus et drachmis septem oxygenii, unciis duabus nitrogenii seu azoti, et unciis tredecim aquæ. Acidum nitrosum ab acido nitrico non differt, nisi minore proportione oxygenii.

Usus: Hepatitis chronica; syphilis? herpes? psora; hydrops. — *Item* ad præparata varia pharmaceutica. *Externus:* Verrucæ aliæque excrescentiæ.

Dosis: Drachma una — duæ ad libras duas aquæ pro potu quotidie.

*Vel:*

℞. Nitri puri pulv. uncias nonaginta sex.
Acidi sulphurici uncias sexaginta.

Destilla ex retorta in excipulum. Acidum nitrosum prodiens leni evaporatione, abigendo gaz nitrosum, converte in acidum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0051-4 DFG

nitricum concentratum eo gradu quo desideras. Si ignis gradus nimium augetur, pars acidi nitrici simul avolat.

*NB.* Acidum nitricum in acidum nitrosum converti potest, dum gaz nitrosum per acidum nitricum transigitur. Sed ut hæc conversio locum habeat, acidum nitricum ultra gradum trigesimum concentratum esse debet, alias gaz nitrosum per acidum transit et avolat, absque quod cum acido nitrico ullo modo jungatur. Hinc patet 1° Quod acidum nitrosum rutilans, dum aqua mixtum interne assumitur, nullo modo in ventriculum veniat qua acidum nitrosum, sed qua acidum nitricum; nam dum acidum nitrosum aqua miscetur, gaz nitrosum avolat et acidum nitricum cum aqua junctum post se relinquit. 2° Nitrum depuratum semper pauxillum acidi muriatici continet, quod pro usu interno non officit et negligi potest. At si acidum nitricum purissimum requiritur, eidem instillentur guttulæ aliquot nitratis argenti liquidi, unde argentum cum acido muriatico junctum præcipitatur; dein denuo destilletur ut a præcipitato perfecte separetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0052-0
DFG

## ACIDUM NITRICUM, dilutum.

SYN. *Aqua fortis; acidum nitri vulgare; spiritus nitri vulgaris.*

℞. Acidi nitrici concentrati,
Aquæ destillatæ, ana partes æquales.
Gradatim et caute misce et usui serva.

## ACIDUM OXALICUM.

SYN. *Acidum acetosellæ; acidum oxalinum; acidum sacchari* (BERGMAN.)
G. *Acide oxalique.*

℞. Salis acetosellæ vulgo venalis (id est, Oxalatis potassæ aciduli), quantum placet.
Dissolve in
Aquæ quantum opus.
Dein adde
Ammoniacæ quantum satis ad perfectam saturationem.

Solutioni huic ex acido oxalico, ammoniaca et potassa compositæ, instilla
Nitratis Barytæ liquidi, quantum satis.
Oxalas Barytæ hoc modo præcipitatus,

effuso liquore salino supernatante, aqua probe lavetur, eique addatur

Acidi sulphurici diluti quantum satis

Ad saturandam barytam, quæ sub forma sulfatis barytæ fundum petit. Dein liquori supernatanti instilla

Oxalatis barytæ in aqua calida soluti quantum satis, ut omne acidum sulphuricum in liquore contentum præcipitetur.

Liquor remanens leni igne evaporatus dat *Acidum oxalicum crystallisatum.*

Usus. Optime servit hoc acidum ad terram calcaream in aquis mineralibus detegendam. — *Item*, pro paranda limonada in defectu succi citri.

## ACIDUM PHOSPHORICUM, (Brugnatelli.)

G. *Acide phosphorique.*

Gravitas ejus specifica ad aquam sit ut 2,687 ad 1,000.

℞. Phosphori libram unam.

Alcoholis concentrati, libras quatuor.

In vase vitreo mixtis affunde
Acidi nitrici libras octo.

Acidum hoc gravitate sua specifica phosphorum inter et alcohol natans, mox in alcohol et paulo post, in phosphorum subjacentem agit, cum priore ætherem phosphoricum constituens, dum posteriorem in acidum phosphoricum vertit, sub magna calorici expulsione et ebullitione spontanea continua, donec æther omnis avolaverit et phosphorus totus in acidum phosphoricum conversus fuerit. Massa refrigerata constans acido phosphorico liquido cum portione acidi nitrici mixto, in balneo arenæ evaporata, fugato acido nitrico, dat acidum phosphoricum purum et concentratum quod refrigeratum in crystallos diaphanas abit.

Idem acidum etiam parari potest ex bacillis phosphori vasi vitreo tecto immissis cujus fundus foraminulo instructus sit ut aëri accessus pateat et acidum prout formatur defluere possit.

Usus : Anaphrodisia? *Externus* : Arthrodynia podagrica, aliive morbi ossium? —

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0055-7

*Item* ad parandum phosphatem sodæ.

## ACIDUM SULPHURICUM, concentratum.

SYN. *Oleum vitrioli; acidum vitriolicum s. sulfuricum; acidum vitrioli concentratum.* G. *Acide sulfurique.*

Gravitas ejus specifica sit ad aquam destillatam ut 2,000, usque 2,125 ad 1,000.

Areometer BEAUMEANUS sexaginta sex gradus notare debet et vas quod capit unciam unam aquæ destillatæ, unciam unam et drachmas septem hujus acidi capere debet.

Centenarius hujus acidi constat sexaginta novem partibus sulphuris et triginta et una oxygenii (BERTHOLET).

Hoc acidum hodie pro maxima parte combustione sulphuris in cameris magnis clausis paratur.

Si casu, aut lapsu temporis aquam attraxerit, aut limpiditatem amiserit, in retorta vitrea ad modicum ignem coquatur, donec liquor destillans guttulis, roris instar, in collo retortæ appareat. Tunc liquorem limpidum

in retorta remanentem adhuc calidum transfunde in lagenam vitream siccam, quam epistomio vitreo probe clausam ab aëris accessu usui serva.

Si heterogeneis inquinatum sit, ex retorta vitrea vel ferrea destillari debet, caloris gradu sufficiente, unde acidum in excipulum transit purum. Si aquam admixtam habet, concentrari facile potest addito sulfate calcis usto.

Usus : Ad præparata varia.

## ACIDUM SULPHURICUM, dilutum.

Syn. *Spiritus vitrioli; acidum vitriolicum dilutum.*

℞. Acidi sulphurici unciam unam.
Aquæ destillatæ uncias octo.

Caute misce, acidum sensim instillando aquæ.

Virtus : Potenter antiseptica; antizymica; roborans.

Usus : Febris petechialis ; hæmorrhagiæ; morbi spasmodici ex nimia irritabilitate orientes; dyspepsia; pyrosis; gas-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0057-9 DFG

trodynia ex acido; psora aliique cutis morbi. *Externus*: Morbi cutis; ulcera atonica, putrida; tonsillitis gangrænosa.

## ACIDUM SUCCINICUM, crystallisatum.

Syn. *Acidum succini; sal volatile succini.* G. *Acide succinique.*

℞. Succini quantum placet.

Expone moderato ignis gradui in retorta vitrea ampla excipulo juncta. Acidum succinicum partim sublimatur, partim cum oleo in excipulum transit. Simul mixtis adjice aquæ quantum satis ut sal omnis perfecte solvatur. Liquorem acidum ab oleo separatum leniter evapora, cola et ad crystallisandum depone. Crystallos collectas, solutione in aqua calida et crystallisatione repetita depuratas, usui serva. Oleum cum aquæ sextuplo mixtum ex cucurbita vitrea alembico instructa destilla caloris gradu aquæ ebullientis. Liquor limpidus transiens, ab aqua separatus, est Oleum succini, quod

in vase probe clauso in loco obscuro, vel potius in vase terreo, usui servetur.

VIRTUS: Antispasmodica; sudorifica; diuretica.

USUS: Morbi spasmodici; paralysis.

DOSIS ACIDI: Grana sedecem—viginti.

## ACIDUM TARTAROSUM, crystallisatum.

SYN. *Acidum tartari crystallisatum; sal essentiale tartari; acidum tartari purum; acidum tartaricum.* G. *Acide tartareux.*

℞. Tartritis potassæ aciduli libras septem.
Aquæ fervidæ libras viginti quatuor.
Fiat solutio; dein adde
Calcis pulv. libras duas.

Filtra liquorem et tartritem calcis in filtro remanentem aqua frigida ablue, eique adde

Acidi sulphurici concentrati (aquæ libris viginti diluti) libras duas.

Digere per viginti quatuor horas, sæpius agitando; dein decanta liquorem

acidum et sulfatem calcis residuum aqua ablue donec plane insipidus sit. Liquores acidos commixtos cum pulvere carbonum coque, filtra et ad siccitatem evapora, sedulo movendo; vel si placet, evapora liquorem ad remanentiam librarum circiter octo, et refrigeratum filtra, dein leni calore in crystallos redige, quas siccatas usui serva.

Liquor à prima filtratione residuus continet potassam. Si vero loco calcis, carbonas calcis aut testæ ostrearum præparatæ adhibitæ fuerint, liquor continet tartritem potassæ.

*NB.* Si liquor ultimus ex acido tartaroso constans portionem acidi sulphurici continet, super tartritem calcis digerendus est, antequam evaporationi et crystallisationi exponatur.

Virtus : Acida ; antiseptica ; diuretica ; refrigerans.

Usus : Febres.

Dosis : Drachma una semis ad libras duas aquæ, pro potu ordinario.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0060-4 DFG

Idem Acidum etiam sequenti methodo parari potest:

℞. Tartritis calcis pulv. libram unam.

Adde

Acidi sulphurici aqua diluti, libras sex.

Ut acidum tartarosum purum obtineatur sine labe acidi sulphurici, effunditur liquor, eique additur portio tartritis calcis, donec nulla amplius fiat præcipitatio. Hoc liquidum dein lento igne evaporatur ad consistentiam mellis, sub qua forma ab aëris accessu seclusum diu integrum servari hoc acidum potest.

## *II. SALES ALCALINI S. ALKALIA.*

### AMMONIACA.

Syn. *Alcali volatile purum s. causticum; alcali volatile fluor; spiritus salis ammoniaci cum calce viva paratus; spiritus salis ammoniaci causticus; aqua ammoniæ puræ.* Ph. L. *Aqua ammoniæ causticæ.* Ph. Ed. *Liquor ammonii caustici.* Ph. B. G. *Ammoniaque.*

Ammoniaca constat partibus quinque

vel sex gazis azoti ( seu nitrogenii ) et parte una hydrogenii. Bertholet.

℞. Calcis libras sex.

Asperge aqua ut in pulverem fatiscat; dein per cribrum trajice et misce cum

Muriatis ammoniacæ probe siccati et pulv. libris quatuor.

Massam in retorta terrea cum apparatu *Woulfiniano* juncta caute destilla, augendo ignem ad finem, ut retorta candeat. Excipulum quodlibet ante destillationem, aquæ destillatæ libra una et dimidia repleatur. Postquam aqua excipuli primi perfecte saturata est, gaz transiens aquam in secundo excipulo contentam saturat et sic porro. Massa in retorta remanens est Murias calcis.

*NB.* Ubi vasa pretii causa, conservare intentio est, loco calcis potassam adhibere convenit. Residuum in retorta tunc est murias potassæ.

Virtus : Caustica; irritans; antacida; resolvens.

Usus *præcipuus externus* pro odore : Asphyxia; comata; hysteria.

*NB.* Sal volatile anglicanum dictum, ex muriatis ammoniacæ pulv. parte una, et carbonatis potassæ partibus tribus simul mixtis constans, in lagenulis vitreis probe clausis eidem usui ac præced. inseruit.

## POTASSA.

Syn. *Alcali vegetabile fixum purum, seu causticum; lixivium saponariorum s. saponarium; lixivium causticum; potassa liquida; aqua kali puri.* Ph. L. *Aqua lixivia caustica.* Ph. Ed. G. *Potasse.*

℞. Calcis uncias octo.
Carbonatis potassæ uncias sex.

Injice in vas figulinum et adde aquæ fervidæ uncias viginti octo. Extinctione calcis peracta, protinus adde carbonatem potassæ, iisque bene permixtis vas tege donec frigescat. Frigefactam massam agita et cola per linteum aut gossypium in infundibulo vitreo. Dum stillare desinit, affunde in infundibulum aquæ destillatæ uncias aliquot, sed caute ut materiam supernatet; et sic

dum stillare desinit affunde iterate aquam, donec libræ tres stillaverint, quod bidui, vel tridui spatio fiet. Dein liquorem in vase bene obturato serva.

Potassa liquida rite parata coloris et odoris expers esse debet, nec cum acidis effervescere, nec cum aqua calcis lactescere, nec ab addito carbonate potassæ turbari debet. Si lactescit, super calcem denuo colanda est; si turbatur, carbonas potassæ liquidus tamdiu instillandus est, donec nulla amplius fiat præcipitatio.

Si potassam purissimam desideras, affunde potassæ mox dictæ et ab acido carbonico perfecte liberæ alcohol concentratum, quod non nisi potassam puram solvit, relicto in fundo vasis carbonate potassæ, calce et silice. Effuso alcohole potassa saturato, novum alcohol affunde, idque toties, donec potassa omnis soluta fuerit. Has solutiones mixtas evapora, et potassam restantem in vase probe clauso usui serva.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0064-7 DFG

Virtus : Corrodens; antacida; absorbens; incidens; resolvens.

Usus : Morsura viperæ, canis rabidi (vulnus probe eadem lavando). *Forma fotus, balnei, injectionis* aqua diluta : Nodi podagrici; calculus viarum urinariarum.

## POTASSA FUSA.

Syn. *Causticum salinum; cauterium potentiale; alcali causticum; lapis septicus s. causticus; causticum commune acerrimum; kali purum.* Ph. L. *Kali causticum siccum.* Ph. B. G. *Potasse fondue.*

℞. Potassæ liquidæ supra dictæ quantum placet.

In vase ferreo mundissimo operto vaporet, igne caute temperato, donec ebullitione finita massa salina tranquille fluat, instar olei, vel donec gutta in laminam metallicam frigidam effusa perfecte concrescat. Ita liquefacta potassa effundatur super laminam ferream nitidam; in massulas secetur, antequam durescat, et illico in phia-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0065-3 DFG

lam bene obturatam reposita usui servetur.

Virtus : Corrosiva, caustica.

Usus : Ulcus callosum ; hypersarcosis ; hydrops tunicæ vaginalis testium ; paralysis artuum inferiorum ex spina bifida.

## SODA.

Syn. *Alcali fixum minerale purum seu causticum.* Bergm. *Lixivium saponariorum ; soda caustica ; natron causticum.* G. *Soude.*

℞. Carbonatis sodæ quantum placet.

Eodem modo eademque proportione cum calce tracta, ut mox de potassa dictum fuit.

## *III. SALES SALINI.*

Syn. *Sales neutri seu neutrales ; salia media.*

Sales ex acido et alcali compositi.

### *A. SALES EX ACIDO ET AMMONIACA COMPOSITI.*

ACETAS AMMONIACÆ, liquidus.

Syn. *Acetas ammoniacalis ; alcali volatile*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0066-9 DFG

*acetatum.* BERGM. *Spiritus Mindereri; spiritus ophthalmicus Mindereri; sal ammoniacum liquidum; alcali ammonium acetatum; aqua ammoniæ acetatæ.* Ph. L. et ED. *liquor ammonii aceti.* Ph. B. G. *Acétate d'ammoniaque ou ammoniacal.*

℞. Carbonatis ammoniacæ uncias tres.
Adjice per vices agitando,
Acidi acetici uncias undecim,
vel quantum satis ad saturationem.

VIRTUS: Resolvens; excitans; antispasmodica; sudorifica; diuretica.

USUS: Blechropyra; exanthemata retrocedentia; arthrodynia rheumatica; hysteria.

DOSIS: Drachmæ duæ — uncia semis, sæpius de die in vehiculo.

## CARBONAS AMMONIACÆ, crystallisatus.

SYN. *Carbonas ammoniacalis; alcali volatile aëratum.* BERGM. *Alcali volatile mite,*

*seu concretum ; alcali ammoniacum ; sal ammoniacus volatilis ; sal volatile salis ammoniaci ; alcali volatile siccum ; ammonia præparata.* Ph. L. *Ammonium carbonicum.* Ph. B. G. *Carbonate d'ammoniaque ou ammoniacal.*

*NB.* Ex cornu cervi aut ossibus destillatione obtentus vulgo audit : *Sal volatile cornu cervi ; ammoniacum carbonicum pyro-oleosum.* Ph. B.

℞ Ammoniacæ quantum placet.

Trajice mediante folle

Acidi carbonici quantum satis,

Ad perfectam saturationem ; dein leni igne evapora massam et ad crystallisandum sepone.

*Vel :*

℞. Carbonatis calcis ( s. cretæ ) libras octo.

Muriatis ammoniacæ libras quatuor.

Probe siccata et separatim pulverisata in cucurbita vitrea vel terrea misce, et mox adaptato alembico, cui apparatus *Woulfianus* junctus sit, fiat sublimatio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0068-0 DFG

*NB.* Ubi vasa conservare interest, loco carbonatis calcis, carbonas potassæ adhibetur, proportione partium trium ad partem unam muriatis ammoniacæ.

QUALITAS : Alcalina, acris.

VIRTUS : Antacida ; excitans ; stimulans ; resolvens.

USUS : Catarrhus ; asthenia nervosa.

DOSIS : Grana quinque — decem, cum aqua sæpius de die.

## CARBONAS AMMONIACÆ, liquidus.

SYN. *Spiritus salis ammoniaci ; spiritus salis ammoniaci simplex s. aquosus ; alcali volatile aquosum ; aqua ammoniæ.* Ph. L. *Liquor ammonii carbonici aquosus.* Ph. B.

*NB.* Ex ossibus etc., destillatione obtentus et pauco oleo animali empyreumatico inquinatus vulgo audit : *Spiritus cornu cervi volatilis rectificatus ; spiritus eboris, viperarum, lumbricorum ; liquor ammonii pyro-oleosi.* Ph. B.

℞. Carbonatis potassæ libras duas.
Muriatis ammoniacæ pulv. libram unam.
Immissis in retortam vitream adde
Aquæ libras quinque.

Destilla in apparatu *Woulfiano* cujus primum excipulum in hoc processu vacuum sit, reliqua, ut in processu præcedenti, aqua repleantur.

Residuum est murias potassæ.

Virtus : Excitans ; stimulans ; resolvens ; sudorifica ; diuretica.

Usus *internus* : Debilitas nervosa ; spasmi ; comata ; exanthemata retropulsa ; blechropyra ; dialeipyræ ; podagra atonica ; morbi pulmonum atonici. *Externus* : Tumores ex lacte coagulato, aut lympha inspissata ; tumores duri frigidi ; combustura ; pernio. *Pro olfactu* : Asphyxia ; cephalalgia.

Dosis : Guttæ triginta — sexaginta in vehiculo proprio.

*NB.* Si odorem spiritus cornu cervi

desideras, ante destillationem guttulas aliquot olei empyreumatici animalis cum muriate ammoniacæ triturando junge.

## CITRAS AMMONIACÆ.

℞. Carbonatis ammoniacæ quantum placet.
Acidi citrici ( seu succi fructus citri medicæ ) quantum satis,
Ad perfectam saturationem.

*NB.* Præstat hunc salem paratum tenere in pharmaciis, præcipue eo tempore anni quo succus citri deficit.

Virtus : Excitans; resolvens.

Usus idem, ac acetatis ammoniacæ : Catarrhus incipiens; febres ex transpiratione suppressa.

Dosis : Grana decem — quindecim bis terve de die cum vehiculo.

## MURIAS AMMONIACÆ.

Syn. *Murias ammoniacalis; alcali volatile salitum, seu muriaticum; sal ammoniacus; sal ammoniacum artefactum,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0071-5 DFG

*s. depuratum ; ammonia muriata ; ammonium muriaticum depuratum.* Ph. B.

Centenarius constat acidi muriatici partibus quinquaginta duabus, ammoniacæ partibus quadraginta et aquæ partibus octo.

℞. Muriatis ammoniacæ vulgo venalis quantum placet.
Aquæ fervidæ quantum satis,
Ad perfectam solutionem; dein filtra et leni igne evapora ad siccitatem; posteaque, si placet, sublima.

*Vel:*

℞. Carbonatis ammoniacæ quantum placet.
Acidi muriatici quantum opus,
Ad perfectam saturationem; dein evapora massam leni igne ad siccitatem.

*Vel:*

℞. Sulfatis ammoniacæ libras duas.
Aquæ destillatæ quantum opus,
Ut fiat solutio, cui adde
Muriatis sodæ in aqua destillata soluti libras duas.
Massam leni igne evapora donec crys-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0072-1 DFG

talli formari incipiant; dein in loco frigido ad crystallisandum sepone.

VIRTUS: Stimulans; deobstruens; diuretica; resolvens.

USUS *internus*: Dialeipyræ; physconia abdominalis; hydropes; morbi pituitosi; vermes. *Externus forma lotionis, fotus*, etc. præcipue cum aceto: Ecchymoma; distorsio; luxatio; gangræna; cephalalgia; phrenitis; vulnera capitis; tumor mammarum ex lacte; hydrocele; ophthalmia; psora; ulcera sordida; verruca.

DOSIS: Grana decem — triginta.

## SUCCINAS AMMONIACÆ.

SYN. *Liquor cornu cervi succinatus; liquor ammonii succinici*. Ph. B.

℞. Acidi succinici quantum placet.
Ammoniacæ quantum satis,

Ut fiat perfecta saturatio; filtra et in vase probe clauso usui serva.

VIRTUS: Excitans; antispasmodica; diuretica; diaphoretica.

Usus : Morbi ex transpiratione suppressa; spasmi; asthenia.

Dosis : Grana decem — viginti, sæpius de die in vehiculo.

## SULFAS AMMONIACÆ.

℞. Carbonatis ammoniacæ quantum placet.
Acidi sulfurici quantum satis,
Ad perfectam saturationem.

Usus idem ac muriatis ammoniacæ : Morbi pulmonum pituitosi, atonici.

Dosis : Grana quindecim — viginti, sæpius de die in vehiculo.

### *B. SALES EX ACIDO ET POTASSA COMPOSITI.*

## ACETAS POTASSÆ, crystallisatus.

Syn. *Alcali vegetabile acetatum.* Bergm. *Sal diureticus; terra foliata tartari; tartarus regeneratus; arcanum tartari; oxytartarus; lixivia acetata.* Ph. Ed. *Kali acetatum.* Ph. L. *Kali aceticum* Ph. B. G. *Acétite de potasse.*

℞. Carbonatis potassæ quantum placet.
Acidi acetici quantum satis,

Ad perfectam saturationem; filtra, et igne admodum leni evapora in vase vitreo ad siccitatem, moxque in vase clauso usui repone.

## ACETAS POTASSÆ, liquidus.

Syn. *Liquor terræ foliatæ tartari; liquor kali acetici.* Ph. B.

℞. Acetatis potassæ libram unam.
Aquæ destillatæ libras duas.
Misce ut fiat solutio.

Virtus *utriusque:* Deobstruens; diuretica.

Usus: Physconia abdominalis; infarctus tumor glandularum meseraicarum.

Dosis: Drachma una — quatuor.

## CARBONAS POTASSÆ, crystallisatus.

Syn. *Carbonas potassæ alcalescens crystallisatus; alcali vegetabile aëratum.* Bergm. *Alcali vegetabile fixum; alcali vegetabile mite; sal cardui benedicti; sal centaurei minoris; sal absinthii; alcali tartari fixum; sal tartari; cineres clavellati depurati; alcali*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0075-8 DFG

*lignorum depuratum; alcali herbarum; sal plantarum fixus; sal herbarum s. sal universale herbarum; nitrum fixum; alcahest de* VAN-HELMONT; *sal alcalinus fixus vegetabilis purificatus; lixiva purificata; lixiva è tartaro.* Ph. ED. *Kali præparatum.* Ph. L. *Kali carbonicum.* Ph. B.

*NB.* Potassa vulgo venalis in genere, sulfate potassæ, muriate potassæ, sulfate calcis, terra silicea s. aliisque impuritatibus inquinata est.

℞. Potassæ vulgo venalis quantum placet.

Expone in crucibulo igni, ut probe rubescat; dein tere massam, et cum æquali pondere aquæ frigidæ misce, bene movendo; stent per viginti quatuor horas, baccillo ligneo sæpius agitando; dein liquor per subsidentiam depuratus effundatur, aut per chartam vel linteum coletur. Liquorem colatum igne, continue movendo, ad siccitatem fere evapora, et mox vasi vitreo ab accessu aëris probe claudendo inde.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0076-4
DFG

*Vel :*

℞. Tartritis potassæ aciduli ( vel Tartari vulgo venalis ) quantum placet.

Frusta aut portiones hujus salis charta aqua humectata obvoluti, carbonibus ardentibus circumda, ut calcinentur. Cineres remanentes in aqua destillata solvantur, et liquor colatus sub continua agitatione ad siccitatem evaporetur.

*Vel melius :*

℞. Potassæ ( post evaporationem alcoholis obtentæ et supra descriptæ) quantum placet.

Aquæ destillatæ pondus triplum.

Mediante folle acidum carbonicum ex carbonibus ardentibus per liquorem transire coge, donec acido perfecte saturatus sit liquor; dein leni caloris gradu evapora et ad crystallisandum depone.

Sic sal obtinetur, constans crystallis prismaticis rhomboideis regularibus, in aëre minime deliquescentibus, sed potius leviter efflorescentibus, qui ejusdem semper naturæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0077-0 DFG

est; hinc pro usu medico præferendus.

VIRTUS: Antacida; mucum et gelatinam solvens; diuretica.

USUS: Morbi ex acido primarum viarum; venena quædam assumpta (uti murias hydrargyri oxygenatus, oxydum arsenici album); infarctus glandularum mesenterii mucosi; atrophia infantum ex eadem causa; rhachitis; podagra; calculus renum et vesicæ; psora. *Externus forma balnei, fotus, lotionis etc.* Tumor glandularum ex lacte aliisve causis; orchiocele scirrhosa; tinea; herpes.

CARBONAS POTASSÆ, liquidus.

SYN. *Carbonas potassæ alcalescens liquidus; oleum tartari per deliquium; lixivium tartari; liquamen salis tartari; aqua kali.* Ph. L. *Liquor kali carbonici.* Ph. B.

℞. Carbonatis potassæ (processu præcedenti obtentæ, antequam evaporata fuerit massa) quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0078-6 DFG

*Vel:*

℞. Carbonatis potassæ crystallisati, quantum placet.

In loco humido aëri expone, ut sensim deliquescat.

VIRTUS *et*
USUS idem, ac præcedentis.

## CITRAS POTASSÆ.

℞. Carbonatis potassæ quantum placet.
Succi citri quantum satis,

Ad perfectam saturationem. Sal obtentus in vasis vitreis probe clausis usui servetur.

USUS: Egregius ad parandam mixturam salinam, omni anni tempore, quando fructus citri haberi non possunt.

## MURIAS HYPEROXYGENATUS POTASSÆ.

G. *Muriate suroxigéné de potasse.*

℞. Muriatis sodæ decrepitati et pulv. libras sex.
Oxydi manganesii nigri pulv. libram unam et dimidiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0079-4 DFG

Misce et inde in phialam collo longo instructam.

℞. Acidi sulphurici libras tres.

Aquæ libras tres.

Misce paulatim, et refrigerata adde priori massæ.

℞. Carbonatis potassæ libram unam semis.

Dissolve in aquæ libris sex.

Inde in vas recipiens, quod cum phiala priori tubo vitreo probe luto inducto jungatur. Recipiens præterea aperturam habeat per quod acidum carbonicum libere avolare queat.

Destilla leni igne. Vapores ex phiala transeuntes per solutionem potassæ acidum carbonicum abigunt, et sese cum potassa jungunt, illamque in muriatem hyperoxygenatum potassæ convertunt, qui forma crystallorum fundum vasis petit.

Finita destillatione dum crystalli formari desinunt, solve apparatum, et vas recipiens super ignem pone ut crystalli omnes perfecte solvantur. Tum mox per chartam filtra liquorem, eumque leni igne evapora et crys-

tallos obtentas super papyrum siccatas in vase clauso usui serva.

## NITRAS POTASSÆ.

Syn. *Nitrum depuratum s. purificatum, vel officinale ; nitrum tertiæ crystallisationis ; alkali vegetabile nitratum.* Bergm. *Kali nitratum.* Ph. L. *Lixiva nitrata.* Ph. Ed. *Kali nitricum.* Ph. B. G. *Nitrate de potasse.*

Centenarius constat acidi nitrici partibus triginta tribus; potassæ partibus quadraginta novem et aquæ partibus octodecem (Bergm.)

℞. Nitri vulgo venalis libras quatuor.
Solve in
Aquæ fervidæ libris octo.
Guttatim instilla carbonatis potassæ liquidi, quamdiu liquor inde turbatur; dein per chartam cola, et adde
Carbonum pulv. uncias octo.

Coque despumando massam sæpius; dein cola, et postquam ad pelliculam evaporata fuerit, ad crystallisandum sepone. Residuus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0081-1 DFG

liquor ad dimidium evaporatus denuo crystallos largitur. Hæc operatio toties repetatur quamdiu crystalli nitratis potassæ puræ deponuntur.

Virtus : Sedativo-refrigerans; diuretica.

Usus : Phlogopyræ; hæmorrhagiæ.

Dosis : Grana decem-viginti, sæpius de die.

*NB.* Nitras potassæ igne fusus à quibusdam practicis sub nomine : *Lapis prunellæ*, adhibetur.

## OXALAS POTASSÆ acidulus.

Syn. *Sal acetosellæ ; oxalium.* Ph. B. G. *Oxalate acidule de potasse.*

Hic sal vulgo venalis, ex potassa acido oxalico supersaturata constans, ad nos ex Helvetia advehitur.

Usus : Pars una hujus salis cum sacchari albi partibus duabus simul trita, addendo pauxillum olei citri volatilis, massam constituit siccam quæ utiliter limonadæ substitui potest omni anni tempore et præcipue in itineribus maritimis longinquis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0082-7 DFG

## SULFAS POTASSÆ.

Syn. *Tartarus vitriolatus officinarum; arcanum duplicatum; sal de Duobus; sal polychrestus Glaseri; sal s. lapis prunellœ; crystallus mineralis; nitrum tabulatum; nitrum vitriolatum; alcali vegetabile vitriolatum.* Bergm. *Lixiva vitriolata; lixiva vitriolata sulphurea.* Ph. Ed. *Kali vitriolatum.* Ph. L. *Kali sulfuricum* Ph. B. G. *Sulfate de potasse.*

Centenarius constat acidi sulphurici partibus quadraginta; potassæ partibus quinquaginta duabus et aquæ partibus octo.

*NB.* Raro per se paratur, sed ut plurimum ex reliquiis aliorum præparatorum, dissolutione, evaporatione, et crystallisatione obtinetur.

Virtus: Diuretica; cathartica; resolvens.

Usus: Physconia abdominalis; dialeipyræ; morbi ex metastasi lactea.

Dosis: Grana decem — viginti, ad unciam semis, superbibendo potum aquosum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0083-3

## TARTRIS POTASSÆ acidulus.

SYN. *Cremor tartari; crystalli tartari officinales; tartarus purificatus s. depuratus.* Ph. B. G. *Tartrite acidule de potasse.*

Centenarius probe parati constat acidi tartarosi partibus 57, potassæ partibus 33, aquæ partibus 7. THENARD. — Juxta alios, acidi tartarosi partibus 63 ½, potassæ partibus 12 ½, et aquæ partibus 24.

Hic sal vulgo venalis occurrit; vel sequenti modo paratur:

℞. Tartari vulgo venalis crudi pulv. quantum placet.

Dissolve in

Aquæ bullientis quantum satis.

Adde terram argillaceam puram, vel pulverem carbonum.

Coque, solutionem fervidam cola, et ad crystallisandum repone, vel ad siccitatem evapora, idque si opus sit, repete.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0084-8 DFG

Virtus : Acida; antiseptica; refrigerans; diuretica; leniter cathartica.

Usus : Saburra biliosa primarum viarum; diarrhœa et dysenteria biliosa; phlegmasiæ; hæmorrhagiæ; physconia abdominalis; icterus; obstipatio; mania; hydrops.

Dosis : Grana decem-viginti, ad unciam unam cum aqua.

## TARTRIS POTASSÆ.

Syn. *Tartarus tartarisatus; tartarum solubile; sal vegetabile; alcali vegetabile tartarisatum.* Bergm. *Kali tartarisatum.* Ph. L. *Lixiva tartarisata.* Ph. Ed. *Kali tartaricum.* Ph. B. G. *Tartrite de potasse.*

Centenarius constat acidi tartarosi partibus 48, potassæ partibus 43, et aquæ partibus 7. Thenard.

℞. Carbonatis potassæ libras duas.
Aquæ fervidæ libras octo.
Adde cochleatim
Tartritis potassæ aciduli pulv. quantum opus ad saturationem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0085-4 DFG

Bulliant per mediam horam; dein liquorem calidum per pannum laneum cola et leni calore evapora ad siccitatem; vel donec pellicula appareat, tumque ad crystallisationem sepone, et sal albus sic obtentus in vasis probe clausis usui servetur.

VIRTUS: Diuretica; leniter cathartica; deobstruens.

USUS: Physconia abdominalis; mania; melancholia; icterus; metastasis lactea; hydrops.

DOSIS: Drachma semis — una ad unciam unam cum vehicnlo.

### *C. SALES EX ACIDO ET SODA COMPOSITI.*

## ACETAS SODÆ.

SYN. *Terra foliata tartari crystallisata s. crystallisabilis; alcali minerale acetatum.* BERGM. *Sodata acetata; natrum aceticum*, Ph. B. G. *Acétite de soude.*

℞. Carbonatis sodæ quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0086-0

Acidi acetici quantum sufficit,

Ad saturationem, ita tamen ut alcali potius prævaleat; cola et evaporatum liquorem ad crystallisandum repone.

VIRTUS *et* USUS idem fere ac acetatis potassæ.

BORAX s. BORAS SODÆ alcalescens.

SYN. *Borax officinalis; tincal purificatum; alcali minerale boraxatum; natrum boraxatum.* G. *Borate de soude.*

Centenarius constat acidi boracici partibus triginta quatuor; sodæ partibus septemdecim, et aquæ partibus quadraginta novem. BERGM.

*NB.* Borax vulgo venalis ex sale in Persia et India nativo *Tincal* dicto, processu peculiari non satis cognito, paratur Amstelodami.

VIRTUS: Alcalescens; resolvens.

USUS *præcipue externus in solutione aquosa:* Aphtæ infantum; ulcera oris; ulcera cutis serpentia. *Forma gargarismatis vel lotionis:* Ptyalismus ex hydrargyro.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0087-6

## CARBONAS SODÆ.

SYN. *Alcali minerale aëratum.* BERGM. *Alcali minerale fixum; alcali fossile; sal alcalinus fixus mineralis; sal fossilis purificatus; barilla purificata; soda depurata; sal rochettæ; soda Hispanica purificata; sal sodæ; natrum veterum; natron præparatum.* Ph. L. *Soda purificata.* Ph. ED. *Natrum carbonicum crystallisatum.* Ph. B. G. *Carbonate de soude.*

Centenarius continet acidi carbonici partes sedecim; sodæ partes viginti, et aquæ partes sexaginta quatuor.

℞. Sodæ quantum placet.
Aquæ destillatæ pondus duplum.

Mediante folle trajice gaz acidum carbonicum ad saturationem et massam ad crystallisationem repone.

*Vel:*

℞. Sodæ vulgo venalis pulv. quantum placet.
Affunde sub continua agitatione
Aquæ destillatæ frigidæ pondus duplum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0088-1 DFG

Repone per duodecim horas sæpius movendo massam ; dein cola et liquorem ad siccitatem evapora, vel leni igne evaporatum ad crystallisandum sepone.

Usus : Omnes morbi in quibus carbonas potassæ laudatus fuit, cui, utpote mitior, pro usu interno præſerri meretur.

## MURIAS SODÆ.

Syn. *Sal commune; sal culinaris; sal gemmæ; sal fossile; sal muriaticus; sal marinus; natrum muriaticum.* Ph. B. G. *Muriate de soude.*

Centenarius continet acidi muriatici partes quinquaginta duas; sodæ partes quadraginta duas, et aquæ partes sex. Bergm.

*NB.* Solutio aquosa muriatis sodæ puri ab addita soda turbari non debet. Si ergo purum requiris, sodæ tantum eidem instilla, donec nihil amplius præcipitetur; dein liquorem supernatantem cola, et ad crystallisationem evapora.

Usus *præcipue externus forma enematis :* Obstipatio. *Forma fotus :* Ecchymoma.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0089-0

Usus Muriatis sodæ torrefacti calidi in sacculis: Odontalgia; arthrodynia; cynanche; orchiocele hydropicum.

## PHOSPHAS SODÆ.

Syn. *Alcali minerale phosphoratum.* Bergm. *Soda phosphorata.* Ph. Ed. *Natron phosphoratum.* Ph. L. *Natrum phosphoricum.* Ph. B. G. *Phosphate de soude.*

℞. Acidi phosphorici partem unam.
Aquæ fervidæ partes octo.
Paulatim et repetitis vicibus adde
Carbonatis sodæ quantum satis,

Ad perfectam saturationem, seu tamdiu donec nulla amplius effervescentia oriatur. Liquorem filtratum et ad pelliculam evaporatum ad crystallisationem sepone et crystallos collectas in vase clauso usui serva.

Virtus: Leniter, et utplurinum sine ullis torminibus, cathartica.

Usus: Obstipatio; ileus.

*NB.* Ob saporem nullo modo ingratum aliis salibus mediis, præcipue pro delicatulis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0090-4 DFG

præferri meretur: Sæpe à ventriculo retinetur ubi alia cathartica rejiciuntur.

Dosis: Uncia semis ad unciam unam et dimidiam cum jure carnium.

## SULFAS SODÆ.

Syn. *Sal mirabilis Glauberi; sal Glauberi; alcali minerale vitriolatum.* Bergm. *Natron vitriolatum.* Ph. L. *Soda vitriolata.* Ph. Ed. *Natrum sulphuricum.* Ph. B. G. *Sulfate de soude.*

Centenarius continet acidi sulphurici partes viginti septem; sodæ partes quindecim, et aquæ partes sexaginta octo.

℞. Residuum post destillationem acidi muriatici per acidum sulphuricum solve in aqua, per chartam cola, et evaporatione in crystallos redige quas sub nomine: *Sulfas sodæ crystallisatus*, in vase probe clauso usui serva.

*NB.* Hic sal aëri expositus portionem aquæ in crystallis contentæ perdit et in pulverem album fatiscit, hinc de tempore in tempus aqua aspergendus est, ut crystalli conserventur semper eadem virtute præditæ. —

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0091-0

Vel crystalli tritæ et leni calore siccatæ forma pulveris albi sub nomine: *Sulfas sodæ siccatus*, usui serventur. Hi duo sales virtute differunt: posterior efficacior est priori, hinc dosi minori exhibendus, quod à medico practico præcipue notandum.

Sulfas sodæ vulgo venalis occurrens ex sublimatione muriatis ammoniacæ residuus, aut ex lixivio matre post crystallisationem muriatis sodæ remanente, crystallisatione obtinetur.

VIRTUS: Cathartica.

DOSIS Sulfatis sodæ crystallisati: drachma una ad unciam unam semis.

## SULFIS SODÆ sulfuratus.

G. *Sulfate de soude sulfuré.*

Hic sal ex acido sulphuroso et soda cum sulphure constans reperitur mixtus cum crystallis sodæ, quæ ex decompositione muriatis sodæ mediante ferro et sulphure obtinentur.

USUS: Psora; morbi cutis.

DOSIS: Grana quindecim — viginti in libris duabus aquæ soluta quotidie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0092-6 DFG

## TARTRIS SODÆ.

Syn. *Sal Seignetti; sal polychretum Seignetti; sal Rupellense; alcali minerale tartarisatum.* Bergm. *Natrum tartarisatum.* Ph. L. *Soda tartarisata* Ph. Ed. *Tartarus natronatus.* Ph. B. G. *Tartrite de soude.*

℞. Tartritis potassæ aciduli uncias viginti.
Aquæ bullientis libras quatuor.
Adde gradatim
Carbonatis sodæ quantum satis,
Ad perfectam saturationem, id est donec nulla effervescentia amplius appareat. Evapora liquorem ad syrupi consistentiam et ad crystallisandum depone. Crystalli sunt Tartris sodæ; lixivium mater remanens continet Tartritem potassæ.

*Vel:*

℞. Tartritis potassæ aciduli pulv. et in aqua fervida soluti partes sex.
Gradatim adde,
Carbonatis potassæ quantum satis,
Ad perfectam saturationem; dein adjice

Sulfatis sodæ partes quinque.

Evapora massam eamque ad crystallisandum depone; ubi primo Sulfas potassæ, deinde Tartris sodæ in crystallos formatur.

Vel *methodo* Scheele:

℞. Tartritis potassæ aciduli in aqua fervida soluti partes triginta sex.

Gradatim adde

Carbonatis potassæ (vel potassæ) quantum satis,

Ad perfectam saturationem; dein adjice

Muriatis sodæ partes undecim.

Solutionem fervidam cola, evapora et ad crystallisandum depone; ubi primo Tartris sodæ purus, dein repetita evaporatione et crystallisatione Tartris sodæ cum muriate potassæ crystallisatur.

Virtus: Cathartica; deobstruens.

Usus: Ob saporem minus ingratum aliis salibus neutris sæpe præfertur.

Dosis: Uncia una — uncia una semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0094-8

DFG

## IV. *TERRÆ ET SALES TERRESTRES.*

### TERRÆ MEDICINALES.

1. Alumina.
2. Baryta.
3. Calx.
4. Magnesia.

### SALES TERREI.

Sales ex terra et acido compositi.

---

## ALUMINA, ejusque PRÆPARATA.

### ALUMINA.

SYN. *Terra aluminis; argilla pura; terra bolaris s. argillacea pura.* BERGM.
G. *Alumine.*

℞. Sulfatis aluminis aciduli quantum placet.
Solve in
Aquæ puræ quantum satis.
Huic solutioni instilla gradatim
Potassæ in aqua pura solutæ quantum sufficit.

Terra præcipitata aqua destillata probe lota sub nomine: *Alumina* usui servetur.

VIRTUS: Leniter adstringens; exsiccans.

USUS *externus*: Excoriatio.

## ALUMEN s. SULFAS ALUMINÆ acidus cum potassa vel ammoniaca.

Syn. *Alumen crudum s. vulgare; alumen rupeum s. venale; alumen Romanum, Anglicum, Suecicum; argilla vitriolata.* Bergm. G. *Alun; sulfate acide d'alumine et de potasse ou d'ammoniaque.*

*NB.* Alumen vulgo venale ex sulfate aluminæ acido cum potassa aut ammoniaca vel ambobus simul, et denique sæpe etiam ferro compositum est. Vauquelin.

Centenarius constat acidi sulphurici partibus triginta octo et aluminæ partibus octodecim; reliqua ingredientia variant.

Virtus: Acido-adstringens; styptica; roborans; antiseptica.

Usus *internus:* Hæmorrhoeæ; dialeipyræ; colica atonica et plumbea; diarrhoea; leucorrhoea; diabetes. *Externus forma injectionis, gargarismatis, collutorii, collyrii:* Ophthalmia membranacea; gingivarum laxitas; cynanche atonica, mucosa.

Dosis: Granum unum — sex, gradatim ad grana viginti, sæpius de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0096-9

### SULFAS ALUMINÆ fusus.

Syn. *Alumen ustum s. calcinatum.*

℞. Sulfatis aluminæ acidi quantum placet.

Expone in crucibulo amplo igni donec liquescens massa ebullire cesset, et fugata sic omni aqua crystallisationis in massam spongiosam levem convertatur.

Virtus: Intense styptica; corrosiva.

Usus *externus*: Hæmorrhagia; excrescentiæ fungosæ; ulcera immunda, luxuriantia.

---

## BARYTA, ejusque PRÆPARATA.

### BARYTA.

Syn. *Terra ponderosa pura.* Bergm. G. *Barite.*

℞. Carbonatis barytæ quantum placet.

In crucibulo ferreo igni forti expone ut rubeat per mediam horam; dein massam frigefactam et pulverisatam in vase probe clauso usui serva.

*Vel*:

℞. Sulfatis barytæ pulv. uncias octo.

Pulveris carbonum uncias duas.

Expone igni forti per tres aut quatuor horas ut massa perfecte rubeat. Sulfuretum barytæ sic obtentum in aqua frigida solve; solutioni adde acidum nitricum, quo sulphur præcipitatur; cola, et nitratem barytæ evaporatione et crystallisatione obtentum igni forti expone, unde acidum nitricum fugatur et baryta pura restat.

VIRTUS *et* USUS : Ad varia præparata.

## ACETAS BARYTÆ.

SYN. *Terra ponderosa acetata* BERGM. G. *Acétate de barite.*

℞. Carbonatis barytæ quantum placet.
Acidi acetici quantum satis,
Ad perfectam saturationem.

VIRTUS *et* USUS idem ac Muriatis Barytæ.

## CARBONAS BARYTÆ.

SYN. *Carbonas baryticus; terra ponderosa aërata.* BERGM. G. *Carbonate de barite.*

Centenarius constat acidi carbonici par-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0098-1 DFG

tibus septem; barytæ sexaginta quinque, et aquæ partibus viginti octo.

℞. Barytæ puræ in aqua destillata solutæ quantum placet.

Trajice acidi carbonici quantum satis,

Ad perfectam saturationem. — Carbonatem barytæ sic præcipitatum usui serva. —

*Vel :*

℞. Nitratis (vel Muriatis) Barytæ in aqua destillata soluti quantum placet,

Instilla gradatim

Carbonatis potassæ liquidi quantum satis.

Carbonatem barytæ præcipitatum probe edulcoratum et siccatum usui serva.

Usus : Ad præparata varia.

## MURIAS BARYTÆ.

Syn. *Murias baryticus ; terra ponderosa salita s. muriata.* Bergm. *Baryta muriatica.* Ph. B. G. *Muriate de barite.*

℞. Barytæ (vel Carbonatis barytæ) quantum placet.

Acidi muriatici quantum satis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0099-9 DFG

Ad perfectam saturationem.

Virtus : Potenter sed sine calore stimulans ; deobstruens ; diuretica ; sudorifica ; anthelminthica.

Usus : Scrophula et morbi ex cachexia scrophulosa oriundi ( in subjectis non valde irritabilibus ) ; scirrhus ; infarctus glandularum meseraicarum ; atrophia ex eadem causa ; tubercula pulmonum ; asthma ; herpes ; tinea ; vermes.

Dosis : Drachmæ tres muriatis barytæ requirunt ad sui solutionem aquæ destillatæ unciam unam. Hujus solutionis dantur guttæ duo — quatuor, successive ascendendo ad guttas triginta bis terve de die.

## SULFAS BARYTÆ.

Syn. *Sulfas baryticus ; spathum ponderosum ; terra ponderosa vitriolata.* Bergm. *Baryta sulphurica.* Ph. B. G. *Sulfate de Barite.*

*NB.* Hic sal forma lapidea in variis Europæ regionibus nativus occurrit.

Usus : Ad præparata varia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0100-5 DFG

## CALX, ejusque PRÆPARATA.

### CALX.

SYN. *Terra calcarea pura s. calx.* BERGM. *Calx viva; calx usta.* G. *de la chaux.*

℞. Carbonatis calcis puri quantum placet.

In crucibulo igni forti expone per horam ut rubescat, et mox in vase probe clauso usui serva.

Si purissima calce opus habes, carbonatem calcis pulv. in aqua destillata fervida lava, dein dissolve in acido acetico; solutioni instilla carbonatis ammoniacæ liquidi quantum satis. Pulverem præcipitatum aqua destillata lava, et igni forti expone ut acidum carbonicum expellatur. Massa residua est calx pura vasis probe clausis usui servanda.

VIRTUS: antacida; acris; corrosiva.

USUS: Ad varia præparata.

### ACETAS CALCIS liquidus.

SYN. *Calx acetata.* BERGM. *Lapides can-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0101-1 DFG

*crorum acetati.* G. *Acétate de chaux ou calcaire.*

℞. Carbonatis calcis quantum placet.
Acidi acetici quantum satis,
Ad perfectam et saturatam solutionem.

*NB.* Quandoque, loco acidi acetici, sumitur vinum Rhenanum, aliudve vinum acidulum album.

Virtus : Incidens; deobstruens; diuretica.

Usus : Cnesmus generalis; scrophula; tumores glandularum meseraicarum; orchiocele, præmissis præmittendis.

Dosis : Uncia una — duæ sæpius de die.

## CARBONAS CALCIS.

Syn. *Carbonas calcareus; calx aërata s. Terra calcarea aërata.* Bergm. *Spathum calcareum; spathum islandicum; Testæ ostrearum; corallia alba et rubra; testæ ovorum; lapides cancrorum; cremor calcis; creta pura; lapis calcareus; terra calcarea pura commu-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0102-7 DFG

*nis; marmor album purum.* G. *Carbonate de chaux; carbonate calcaire.*

Centenarius constat acidi carbonici partibus tredecim; calcis partibus triginta duabus, et aquæ partibus duodecim.

LAPIDES CANCRORUM præparati.

Calculos in ventriculo cancrorum certo anni tempore formatos probe aqua ablue, et siccatos in pulverem subtilem tere et usui serva.

CONCHÆ OSTREARUM præparatæ.

Conchas ostrearum aqua probe ablutas et perfecte mundatas, in pulverem tere et usui serva.

TESTÆ OVORUM præparatæ.

Testas ovorum, ablata cuticula interna, probe siccatas in pulverem tere et usui serva.

VIRTUS: Antacida.

USUS: Pyrosis, aliive morbi ex acido primarum viarum; leucorrhœa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0103-3 DFG

Dosis : Grana decem — triginta sæpius de die.

## CITRAS CALCIS.

Syn. *Conchæ citratæ ; lapides cancrorum citrati ; calx citrata.* Bergman. G. *Citrate de chaux ou calcaire.*

℞. Carbonatis calcis quantum placet.
Succi citri quantum satis,

Ad perfectam saturationem ; dein calore evapora continuo agitando baculo vitreo. Massa exsiccata in pulverem subtilem trita usui servetur.

Virtus *et* Usus idem ac acetatis calcis.

Dosis : Drachma semis — una bis de die.

## MURIAS CALCIS liquidus.

Syn. *Murias calcareus ; calx muriata s. salita.* Bergm. *Sal ammoniacus fixus ; lixivium mater salis marini ; calcaria muriatica.* Ph. B. G. *Muriate de chaux.*

℞. Calcis quantum placet.
Acidi muriatici quantum satis,

Ad perfectam solutionem.

Virtus : Deobstruens ; diuretica.

Usus : Scrophula aliive morbi lymphæ.

Dosis : Drachma semis ad unciam semis in libra una aquæ quotidie.

## PHOSPHAS CALCIS.

Syn. *Cornu cervi ustum s. calcinatum, s. spagyrice aut philosophice præparatum ; spodium ; Ebur ustum ; ossa animalium ad albedinem calcinata ; calcaria phosporica.* Ph. B.

Cornua cervi vel ossa animalium in crucibulo igni forti expone, donec perfecte albescant et friabilia sint.

Virtus : Absorbens.

Usus præcipuus ad phosphorum et acidum phosphoricum obtinendum ; et ad parandum phosphatem calcis stibiatum.

### *SPONGIA USTA.*

℞. Nidi mollis zoophyti, *Spongia officinalis*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0105-4 DFG

dicti, in frustula concisi quantum placet.

Bene lota et mundata in vase fictili clauso igni expone sæpe agitando, donec perfecte friabilis fiat massa; dein in pulverem subtilem tere.

*NB.* Hic nidus, fugato per ignem oleo animali fœtido et carbonate ammoniacæ, consistit ex carbone, muriate sodæ et phosphate calcis.

Usus : Thyrocele; glandularum meseraicarum obstructio; scrophula.

Dosis : *Grana viginti* — *triginta bis die* pro *adulto* : Grana quinque — octo pro *infante.*

---

## MAGNESIA, ejusque PRÆPARATA.

### MAGNESIA.

Syn. *Magnesia pura, s. calcinata s. usta.* G. *Magnésie.*

℞. Carbonatis magnesiæ quantum placet.

Crucibulo immissum expone igne ut rubeat per bihorium, et ut acidum carboni-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0106-0 DFG

cum omne expellatur. Quod restat est magnesia pura, vasis vitreis probe obturatis usui servanda.

VIRTUS: Absorbens; antacida.

USUS: Pyrosis et morbi ex acido primarum viarum; obstipatio; podagra atonica.

DOSIS: Pro *infante* grana quatuor — octo: pro *adulto* grana decem — ad drachmam unam bis die.

## CARBONAS MAGNESIÆ.

SYN. *Magnesia alba; magnesia præparata; magnesia salis amari; terra muriatica; magnesia aërata*. BERGM. *Magnesia carbonica*. Ph. B. G. *Carbonate de magnésie*.

Centenarius constat acidi carbonici partibus triginta; magnesiæ partibus quadraginta octo, et aquæ partibus viginti duabus.

℞. Sulfatis (vel Muriatis) magnesiæ quantum placet.
Aquæ destillatæ quantum satis,
Ut fiat solutio, cui instilla
Carbonatis potassæ liquidi quantum satis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0107-6 DFG

Pulverem præcipitatum aqua destillata fervida lava et siccatum usui serva.

*Vel:*

℞. Sulfatis magnesiæ,
Carbonatis potassæ ana partes æquales.
Solve utrumque salem separatim in
Aquæ calidæ duplo,
Utramque solutionem separatim cola; dein misce et protinus adjice
Aquæ fervidæ octuplum.

Bulliat liquor paulisper super ignem constanter agitando; tum quiescat donec calor paululum imminuatur; deinde cola per linteum, super quod restabit carbonas magnesiæ, qui aqua pura abluatur, donec prorsus insulsus sit.

VIRTUS *et* USUS idem ac magnesiæ; sed quum sæpe ob *gaz* acidum carbonicum in ventriculo extricatum, flatus, dolores colicos et anxietates causat, magnesia in genere præferenda est.

## SULFAS MAGNESIÆ.

SYN. *Magnesia vitriolata.* BERGM. *Sal ca-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0108-2 DFG

*tharticus amarus ; sal Anglicus ; sal Epsomensis s. epsomiensis* (male *epshamensis*) ; *sal amarum ; sal Sedlicensis s. Seidschützensis ; magnesia sulphurica.* Ph. B. G. *Sulfate de magnésie.*

Centenarius constat acidi sulfurici partibus triginta tribus ; magnesiæ partibus novemdecim, et aquæ partibus quadraginta octo.

*NB.* Vulgo venalis prostans, in genere vel ex mox dictis aquis mineralibus evaporatione et crystallisatione, vel ex *lixivio matre* post obtentum muriatem sodæ ex aqua marina obtinetur. — Sal Sedlicensis et Seidschützensis vulgo venales simul sulfatem sodæ continent.

Virtus : Cathartica ; diuretica.

Usus : Obstipatio. — Item ad parandam magnesiam.

Dosis : Uncia semis — una.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0109-0

## *V. METALLA, OXYDA ET SALES METALLICI.*

### METALLA.

Syn. *Reguli metallici; metalla regulina; metalla nativa; metalla reducta.*

| | |
|---|---|
| 1. Argentum. | 7. Hydrargyrum. |
| 2. Arsenicum. | 8. Manganesium. |
| 3. Aurum. | 9. Plumbum. |
| 4. Bismuthum. | 10. Stannum. |
| 5. Cuprum. | 11. Stibium. |
| 6. Ferrum. | 12. Zincum. |

### OXYDA METALLICA.

Syn. *Calces, croci, cineres, rubigo metallorum; vitra metallica; scoriæ metallorum; metalla calcinata; metalla oxydata.*

### SALES METALLICI.

Sales ex acido et metallo; aut ex acido, alcali et metallo; aut ex ammoniaca et metallo compositi.

### SULFURETA METALLICA.

Metalla mediante sulphure soluta et oxydata.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0110-1 DFG

## ARGENTUM, ejusque PRÆPARATA.

Syn. *Luna.*

Gravitas specifica ad aquam ut 11,090 ad 1,000.

### *SALES ARGENTI.*

### NITRAS ARGENTI, liquidus et cryſtallisatus.

Syn. *Solutio argenti in acido nitrico : argentum nitratum ; cryſtalli lunæ.*

℞. Argenti puriſſimi in fruſtula conciſi quantum placet.

Diſſolve in balneo arenæ leni calore in Acidi nitrici quantum ſatis,

Ad perfectam ſaturationem.

Si hæc ſolutio ulterius evaporatur et dein loco frigido exponitur, cryſtalli formantur.

Virtus : Corrodens ; diuretica ; draſtica ; anthelminthica ; antiſeptica.

Usus *internus* : Hydrops ; vermes ; ulcera inveterata. *Externus forma gargariſmatis* : Cynanche putrida ; ulcera oris et faucium



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0111-7 DFG

ex hydrargyro. — Item ad præservandas carnes et aquam in longis itineribus. In priori casu proportio ut 1 ad 500; in posteriori ut 1 ad 100,000.

Dosis : Grana duo cum saccharo et amylo in pilulam formata. *Externe* : Pars una ad aquæ partes 1,000.

## NITRAS ARGENTI fusus.

Syn. *Lapis infernalis ; cauticum lunare ; argentum nitratum fusione aqua crystallisationis privatum.* G. *Nitrate d'argent fondu.*

℞. Nitratis argenti crystallisati quantum placet.

In crucibulo argenteo aut porcellaneo amplo leni igne funde sub camino, ut noxii vapores evitentur, movendo sæpius bacillo vitreo; fugata sic aqua omni crystallisationis augeatur ignis, et massa nigra, quamprimum perfecte fusa sit, in modulum ferreum oleo illitum effundatur, et refrigerata mox vasis probe clausis usui servetur.

Virtus : Acris ; corrodens.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0112-3 DFG

Usus : Pro caustico in excrescentiis aut ulceribus fungosis, callosis.

Dosis : Drachma una in unciis decem aquæ destillatæ soluta in fistula lacrymali; aliisque ulceribus fistulosis, forma injectionis.

---

## ARSENICUM, ejusque PRÆPARATA.

Syn. *Regulus arsenici.*

Metallum fragile.

Gravitas specifica ad aquam ut 8,310 ad 1,000.

### OXYDUM ARSENICI album.

Syn. *Arsenicum calcinatum; calx arsenici alba; arsenicum album; flores arsenici.* G. *Oxide d'arsenic blanc.*

In officinis metallurgicis sublimatione obtinetur sub fusione aut ustulatione aliorum metallorum.

Virtus : Summe venenata; corrosiva : Parva dosi heroica.

Usus *internus* : Apud Hindous forma pi-

lularum : Elephantiasis vera s. lepra nigra, aliæque cachexiæ ; ulcera desperata ; morbi syphilitici rebelles ; morbi ab hydrargyro producti ; paralysis ; febres intermittentes rebelles. — In aqua rosarum solutum : Hydrops. *Externus* : Cum oleo tritum efficax remedium præstat ad morbos quosdam cutaneos. ( Vide *Asiatic Researches.* ) — Carcinoma ; ulcera phagadænica.

*NB*. Aquæ destillatæ partes 80 calore medio partem unam oxydi arsenici albi solvunt, ebullientis autem 15 sufficiunt : Sed semel solutum facilius aqua retinetur quam prima vice suscipitur, adeo ut calore medio 15 partes aquæ unam arsenici diu suspensam tenere possint.

Dosis : Grana duo cum sacchari drachma una in aquæ destillatæ libris duabus solvuntur. Hujus solutionis primo cochleare majus omni mane cum lacte datur, et gradatim bis terve de die. Eadem solutio externe qualis est adhibetur.

*NB*. Antidotum ejus est sulfuretum potassæ aqua solutum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0114-4 DFG

## BISMUTHUM, ejusque PRÆPARATA.

SYN. *Regulus bismuthi s. wismuthi.*

Metallum fragile.

Gravitas specifica ad aquam ut 9,670 ad 1,000.

## OXYDUM BISMUTHI.

SYN. *Magisterium bismuthi; calx wismuthi; bismuthum oxydulatum album.* Ph. B.

℞. Bismuthi uncias duas.

Acidi nitrici uncias sex, vel quantum satis ad solutionem.

Bismuthum in frustula concisum vel grossiuscule contusum in acidum nitricum frigidum injice, donec nil amplius solvatur; solutionem cum libra dimidia aquæ destillatæ misce et cola. Liquorem colatum in vas vitreum amplum, libras circiter viginti aquæ destillatæ continens, effunde. Pulverem præcipitatum album quam optime edulcoratum in loco calido, radiis solaribus non exposito, sicca et usui serva.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0115-0
DFG

Virtus : Antispasmodica; sedativa.

Usus *internus* : Cardialgia spasmodica.

*NB*. Tentari meretur in asthmate spasmodico, pertussi etc.

Dosis : Granum unum — duo — duodecim ter quaterve de die, gradatim ascendendo ad drachmam in haustu aquæ vel syrupi.

---

## CUPRUM, ejusque PRÆPARATA.

Syn. *Venus*.

Gravitas specifica ad aquam ut 8,843 ad 1,000.

*LIMATURA CUPRI.*

Usus : In hydrophobia mox initio morbi adhibitum ad grana tria — quatuor cum pane butyrato per triduum. Cothenius.

*A. OXYDA CUPRI.*

### OXYDUM CUPRI.

Syn. *Calx cupri viridis ; cuprum calcinatum.*

℞. Sulfatis cupri quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0116-6 DFG

Solve in

Aquæ destillatæ quantum opus.

Solutioni instilla

Carbonatis potassæ liquidi quantum satis.

Pulverem præcipitatum aqua destillata probe edulcoratum sicca et usui serva.

Usus : Ad solutionem cupri ammoniacalem.

## OXYDUM CUPRI viride acetatum.

Syn. *Ærugo ; viride æris ; cuprum aceto corrosum.* G. *Oxide de cuivre vert.*

Venalis prostat.

Virtus : Acida ; corrodens ; adstringens.

Usus *præcipue externus :* Ulcera putrida, callosa, cancrosa. *Internus :* Syphilis rebellis?

Dosis : Granum semis — unum de die.

### *B. SALES CUPRI.*

## ACETAS CUPRI.

Syn. *Ærugo crystallisata ; cuprum acetatum.* Bergm. *Crystalli veneris ; viride æris destillatum.* G. *Acétate de cuivre.*

℞. Oxydi cupri quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0117-2 DFG

Acidi acetici quantum satis,

Ut fiat solutio, quam ad crystallisationem sepone.

*Vel*:

℞. Limaturæ aut laminarum cupri quantum placet.

Acidi acetici quantum satis.

Digere, donec cuprum solutum sit; solutionem dein ad crystallisationem depone.

*Vel*:

Miscendo acetatem plumbi in aqua solutum cum sulfate cupri in aqua soluto. Plumbum sic sub forma sulfatis plumbi præcipitatur et liquor supernatans decantatus et evaporatus dat acetatem cupri.

VIRTUS *et* USUS: Idem ac sequentis.

## SULFAS CUPRI.

SYN. *Vitriolum cupri; vitriolum cœruleum s. cyprinum; cuprum vitriolatum.* BERGM. *Cuprum sulphuricum.* Ph. B. G. *Sulfate de cuivre.*

Centenarius constat acidi sulphurici par-

tibus triginta; cupri partibus viginti septem, et aquæ partibus quadraginta tribus.

℞. Limaturæ vel ramentorum cupri libram unam.

Acidi sulphurici concentrati libras tres.

Misce ut fiat solutio, quam ex retorta vitrea ad siccitatem destilla. Massam in fundo retortæ remanentem aqua fervida solutam filtra; dein evapora et ad crystallisandum sepone.

VIRTUS: Corrosiva; styptica; roborans.

USUS *internus* cautus: Phthysis tuberculosa recens (scopo nauseante); hæmorrhagiæ et blennorrhœæ rebelles; epilepsia aliique spasmi rebelles. *Externus*: Ulcera immunda, fungosa; verrucæ aliæve excrescentiæ. *Forma lotionis vel injectionis*: Blennorrhœa.

DOSIS: Granum semis — unum de die.

## SULFAS CUPRI ammoniacalis.

SYN. *Sulfas ammoniacæ cupratus; cuprum ammoniacatum; ammoniuretum cupri*

℞. Sulfatis cupri pulv. unciam unam.

Ammoniacæ quantum satis,
Ut fiat solutio ; Colaturæ adde,
Alcoholis concentrati triplum ponderis solutionis præcedentis.

Crystalli cæruleæ aciniformes separati post aliquot horas decantato liquore in aëre siccentur et in vase clauso usui serventur.

VIRTUS pro varia dosi : Drastica; irritans; diuretica; adstringens.

USUS *internus* : Epilepsia aliive spasmi ex nimia irritabilitate aut debilitate orti; hydrops.

DOSIS : Granum semis, gradatim ascendendo ad grana tria de die.

---

## FERRUM, ejusque PRÆPARATA.

SYN. *Mars.*

Gravitas specifica ad aquam circiter ut 7,795 ad 1,000.

### LIMATURA FERRI.

SYN. *Limatura Martis s. Chalybis.*

℞. Ferri purissimi ab omni labe cuprea liberi quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0120-7 DFG

Limetur in pulverem subtilissimum.

VIRTUS : Roborans; deobstruens.

USUS : Morbi chronici a languore circulationis, vel a debilitate aut irritabilitate nimia pendentes; chlorosis; leucorrhœa; amenorrhœa; rhachitis; dyspepia; pyrosis; physconia abdominalis; icterus.

DOSIS : Grana decem ad drachmam unam bis terve de die.

### *A. OXYDA FERRI.*

### OXYDUM FERRI fuscum.

SYN. *Crocus Martis aperitivus; ferrum oxydatum fuscum.* Ph. B. G. *Oxide de fer brun.*

℞. Sulfatis ferri quantum placet.
Solve in
Aquæ fervidæ quantum satis.
Cola et adde instillando
Carbonatis potassæ liquidi quantum opus,
Ut ferrum omne præcipitetur. Pulverem præcipitatum aqua calida probe edulcoratum sicca et usui serva.

*NB.* Hoc oxydum, instar omnium alio-

rum oxydorum ferri, pro usu interno egregie servire potest.

Virtus *et* Usus : Idem ac limaturæ ſerri.

## OXYDUM FERRI luteum.

Syn. *Rubigo s. ochra martis; crocus martis adstringens; crocus martis aperitivus.* Stahl. *Pulvis Chalybeatus.* Bourton. *Rubigo Chalybis præparata; calx ferri flava; ferrum calcinatum.* G. *Oxide de fer jaune.*

Vulgo venalis prostat.

## OXYDUM FERRI nigrum, (Vauquelin.)

Syn. *Æthiops martialis; calx ferri nigra.* G. *Oxide de fer noir.*

℞. Limaturæ ferri subtilissime pulv. partes duas.

Oxydi ferri rubri (quod in partibus 100, circiter partes 45 oxygenii continet) partem unam.

Misce intime et in crucibulo clauso igni forti expone per horam. Massa tunc in unam massam cohærentem unita, et pulverisata

dat oxydum ferri nigrum homogeneum optimum, cujus centenarius continet partes quindecim oxygenii.

*Vel* Methodo CAVEZZALI:

℞. *Limaturæ* ferri puri libras quindecim.
Aquæ quantum satis,

Ut fiat pasta, quam aëri aperto expone per quindecim dies, affundendo novam aquæ quantitatem prout evaporatur aut decomponitur. Quinto die massa volumine augetur et aqua decomponi incipit et sic pergit per decem aut duodecim dies. Qua periodo finita, massa sæpius lavetur et oxydum subtilissimum ab ea separetur. Residuum probe siccatum et pulverisatum denuo lavetur et oxydum ut prius separetur. Massa ab hac operatione residua cum aqua denuo in pastam redigatur, et per quindecim dies aëri exponatur, affundendo aquæ pauxillum de tempore in tempus ut in prima operatione. Massa tunc integra in oxydum ferri nigrum mutata lavetur ut antea. Quantitas oxydi ferri nigri sic obtenta libras viginti superat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0123-4

Virtus *et* Usus horum oxydorum ferri idem ac limaturæ ferri.

## OXYDUM FERRI rubrum.

Syn. *Colcothar; colcothar vitrioli; crocus martis ex oleo sulphuris; terra vitrioli dulcis; ferrum ad rubedinem calcinatum.* G. *Oxide de fer rouge.*

℞. Sulfatis ferri quantum placet.

In crucibulo igni forti expone, donec in massam rubram vertatur.—Si plus oxydatum desideras, massam sic obtentam in pulverem tenuissimum tere et denuo iu crucibulo igni forti per horam unam alteramve expone.

Virtus præcedentis, sed magis styptica, adstringens.

Usus *præcipue externus.*

### *B. SALES FERRI.*

## ACETAS FERRI.

℞. Oxydi ſerri fusci vel rubri quantum placet.
Acidi acetici concentrati quantum satis.
Ut fiat solutio saturata.

## MALAS FERRI.

Syn. *Extractum Martis s. ferri pomatum.*

℞. Limaturæ ferri libram unam.
Succi pomorum acidulorum libras quatuor.

Digere sæpius agitando per triduum; dein coque leni igne ad dimidium; cola liquorem et ad extracti consistentiam evapora.

*NB.* Si liquorem colatum cum anatica portione sacchari albi mixtum et ad consistentiam debitam redactum in Trohiscos formas, habes Saccharum ferratum s. *Martem saccharatum.* Ph. Ed. Infantibus præprimis gratum.

## MURIAS FERRI ammonicalis.

Syn. *Murias ammoniacæ ferratus; flores martiales; flores salis ammoniaci martiales; ens martis; ens veneris Boylei; sal ammoniacum martiale; sal martis muriaticum sublimatum; ferrum ammoniacale.* Ph. L. *Ammonium muriaticum martiatum.* Ph. B.

℞. Oxydi ferri fusci vel rubri partem unam.
Muriatis ammoniacæ partes duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0125-6

Triturando misce, addendo pauxillum aquæ; dein igne forti ex alembico sublima.

*Vel:*

℞. Muriatis ferri liquidi unciam unam.
Muriatis ammoniacæ uncias quatuor.
Aquæ quantum opus,
Ut fiat solutio, quam leni igne ad siccitatem evapora; dein si placet, igne gradatim aucto sublima.

VIRTUS: Stimulans; roborans; diuretica; deobstruens.

USUS: Dialeipyra; amenorrhœa pituitosa, atonica; chlorosis; rhachitis; hydrops; physconia abdominalis; asthenia generalis.

DOSIS: Grana tria — decem.

### MURIAS FERRI liquidus.

SYN. *Sal martis muriaticus; lixivium martis; liquamen martis; oleum martis per deliquium.*

℞. Limaturæ ferri quantum placet.
Acidi muriatici concentrati quantum satis,

Ut fiat solutio saturata, quam ex retorta vitrea destilla ad siccitatem; dein gnem augendo sublima salem, quem aëri humido expone, ut deliquescat. Liquorem in vasis clausis usui serva.

Virtus: Styptica; corrodens.

Usus: Pro præparatis et compositis variis.

## SULFAS FERRI.

Syn. *Vitriolum martis s. ſerri; vitriolum viride; sal martis s. chalybis; ſerrum vitriolatum.* Bergm. *Ferrum sulphuricum crystallisatum.* Ph. B. G. *Sulſate de ſer.*

Centenarius constat acidi sulphurici partibus viginti; ferri partibus viginti quinque, et aquæ partibus quinquaginta quinque. Rinman.

*NB.* Vulgo venalis sæpe cupro et zinco inquinatus occurrit.

℞. Acidi sulphurici concentrati uncias duodecim.

Misce in cucurbita vitrea caute et gradatim cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0127-7 DFG

Aquæ unciis quadraginta octo.

Dein adde successive

Limaturæ ferri puri uncias octo.

Effervescentia finita repone liquorem per horam super arenam calidam; dein filtra et ad crystallisandum repone. Crystalli ab accessu aëris seclusæ usui serventur.

Virtus : Styptica ; roborans ; anthelminthica ; emetica.

Usus : Morbi asthenici ; vermes ; hæmorrhoeæ. *Externus* aqua solutus : Hæmorrhoeæ ; blennorrhoeæ.

Dosis : Granum unum — octo *infantibus*. Grana decem — viginti *adultis* in vehiculo, bis die.

## TARTRIS FERRI cum POTASSA.

Syn. *Tartris potassæ ſerratus ; globuli martiales ; Tartarus chalybeatus ; Mars solubilis ; ferrum potabile ; Mars s. chalybs tartarisatus ; globuli tartari martiati.* Ph. B.

℞. Limaturæ ferri puri (vel Oxydi ferri fusci) libram unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0128-3 DFG

Tartritis potassæ aciduli libras tres.

Simul probe mixta, aqua fervida humecta. Dein exsiccetur et pulverisetur massa repetitis vicibus (quinquies vel sexies) ut fiat solutio ſerri perſecta. Demum tere massam in pulverem tenuissimum qui per cribrum trajectus usui servetur, aut pro renata, mediante alcohole, in globulos formetur.

*NB.* Est hic sal quadruplex, ex tartrite ſerri cum tartrite potassæ juncto constans.

VIRTUS: Roborans; deobstruens.

USUS egregius *internus*: Morbi atonici; rhachitis; chlorosis; hæmorrhœa; leucorrhœa; physconia viscerum abdominalium; morbi spasmodici et verminosi. *Externus forma ſotus etc.* Luxatio; distorsio etc.

DOSIS: Grana quinque — decem *junioribus*; grana triginta — quadraginta *adultis* sæpius de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0129-1

## HYDRARGYRUM, ejusque præparata.

Metallum liquidum sub quadragesimo frigoris gradu infra zero thermom. Fahrenheit. solidescens et malleabile.

Gravitas specifica ad aquam destillatam ut 14,110 ad 1,000.

*NB.* Hoc metallum, vulgo venale, sæpe plumbo et quandoque etiam stanno et bismutho inquinatum seu adulteratum occurrit; hinc pro usu medico semper purificandum est.

### HYDRARGYRUM purificatum.

Syn. *Hydrargyrus s. Mercurius purificatus.*

℞. Hydrargyri quantum placet.

Ex cucurbita ferrea ad medium hoc metallo repleta, et collo, seu potius tubo ferreo; longo verticaliter erecto, dein recurvato instructa, et cum vase recipiente vitreo amplo ad mediam aqua frigida repleto ita juncto ut orificium colli aquæ superficiei immersum sit, fiat ex balneo arenæ destillatio. Convenit etiam, jacturæ evitandæ causa,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0130-2 DFG

marginem colli linteo circumdare, ut globuli hydrargyri ex tubo prodeuntes per linteum madidum in fundum aquæ cadant.

*Vel:*

℞. Sulfureti hydrargyri rubri partes duas.
Triturando misce cum
Oxydi ferri parte una.
Dein ex retorta vitrea sub cautellis mox indicatis fiat destillatio.

Usus pro præparatis et compositis variis.

### *A. OXYDA HYDRARGYRI.*

## OXYDUM HYDRARGYRI album, (Brugnatelli.)

℞. Hydrargyri purificati libras duas.
Acidi sulphurici libras tres.
Digere in balneo arenæ, ut fiat solutio.
Dein dilue
Aquæ destillatæ libris viginti.
Liquorem limpidum decanta et pulverem luteum in fundo vasis superstitem aqua destillata probe edulcoratum et leni igne sic-

catum, sub titulo: *Sulfas hydrargyri luteus*, usui serva.

Liquori decantato adde paulatim

Carbonatis ammoniacæ quantum opus,

Nec ultra, quamdiu pulvis albus præcipitatur; dein decanta liquorem, et pulverem album in fundo vasis remanentem aqua destillata probe edulcoratum et leni igne siccatum, in vase clauso usui serva.

## OXYDUM HYDRARGYRI nigrum.

Syn. *Æthiops per se; æthiops mercurii simplex; mercurius præcipitatus niger; turpethum nigrum; calx mercurii nigra; mercurius extinctus; Mercurius gummosus; mercurius alcalisatus; hydrargyrum cum creta.* Ph. L. *Mercurius solubilis.* Hahneman. *Hydrargyrum oxydulatum nigrum.* Ph. B. G. *Oxide mercuriel noirâtre.*

℞. Hydrargyri purificati quantum placet.

In vase ferreo per plures menses, vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0132-4
DFG

tamdiu continuo agita, aëre sæpe renovato, donec in pulverem griseo-nigrum mutetur.

*Vel:*

℞. Nitratis hydrargyri liquidi libram unam.

Aquæ destillatæ libras decem.

Instilla paulatim,

Ammoniacæ quantum satis;

Id est tamdiu nec ultra, quam præcipitatum inde enatum colore nigro apparet. Pulverem nigrum præcipitatum aqua destillata probe ablutum sicca, et in vase vitreo clauso in loco obscuro usui serva.

*Vel melius* Methodo Schultze.

℞. Acidi nitrici concentrati partem unam.

Immitte in vas vitreum longo collo instructum et adjice

Aquæ destillatæ partes quatuor.

Mixtis adde,

Hydrargyri partes quatuor.

Expone in balneo arenæ caloris gradui th. Fahr. 120-140 (40-48° th. R.) tamdiu do-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0133-0

nec vesiculæ in superficie liquoris nullæ amplius appareant, id est, donec actio acidi in metallum cesset. — Dein ignem auge ad 200-210° th. Fahr. (75-78° th. R.) et sic continua per tres aut quatuor horas; tunc bulliat massa per mediam horam. Dein liquorem bullientem in vas vitreum effunde, in quo prævie 50 partes aquæ destillatæ positæ fuerint, et probe agitando misce —

Si durante coctione aut digestione crystalli formantur, illico aqua fervida affundatur et pro re nata etiam pauxillum acidi nitrici. — Ad finem operationis hydrargyri pars in fundo maneat; vel si totum solutum fuerit, addatur portio hydrargyri.

Solutio mox dicta filtretur eique instilletur gradatim ammoniaca, donec nil amplius pulveris nigri præcipitetur. Pulvis niger, aqua destillata frigida probe edulcoratus, per papyrum album filtretur et perfecte siccetur. Massa siccata papyro griseo duplici involvatur et pondere gradatim aucto probe comprimatur ita ut aqua omnis exprimatur.—Dein pulvis extensus super papyrum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0134-6 DFG

gradu 70° th. Fahr. (17° th. R.) siccetur sed non majori.

Usus : Pro parandis variis compositis.

Dosis : Grana duo — sex — octo de die.

## OXYDUM HYDRARGYRI *luteum*,

### CUM SULFATE HYDRARGYRI.

*Vid. Sulfas hydrargyri.*

## OXYDUM HYDRARGYRI rubrum.

Syn. *Calx hydrargyri rubra ; mercurius calcinatus ruber ; mercurius præcipitatus ruber ; mercurius corrosivus ruber ; hydrargyrum oxydatum rubrum.* Ph. B. *Mercurius corallinus ; panacea mercurii rubra ; arcanum corallinum ; pulvis principis.* G. *Oxide rouge de mercure.*

*NB.* Hoc præparatum, vulgo venale, quandoque oxydo plumbi rubro aut sulfureto hydrargyri rubro adulteratum occurrit.

℞. Nitratis hydrargyri liquidi quantum placet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0135-1

In vase vitreo ad siccitatem coque. Massam pulverisatam expone igni moderato, spatula vitrea continuo movendo, donec fugato gradatim acido colorem læte rubrum induat massa.

*Vel melius methodo* Fischer.

℞. Hydrargyri libras quatuor.
Acidi nitrici concentrati quantum satis.
Bulliant leni igne, addendo gradatim parvis dosibus
Acidi nitrici quantum opus,

Ut fiat perfecta hydrargyri solutio. Dein evaporatione abige acidum et salem hydrargyri remanentem siccum cum libris quatuor hydrargyri tere addendo pauxillum aquæ, donec globuli hydrargyri omnes perfecte disparuerint. Dein massam leni igne siccatam retortæ immitte et mox igni valido expone, eundemque continua donec massa cinerei coloris in colorem profunde nigrum vertatur (quod mediam circiter horam requirit).—Refrigeratam dein massam in pulverem subtilissimum tere; sub qua operatione colorem læte rubrum induit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0136-7

Usus *præcipue externus :* Ulcera syphilitica callosa aut fungosa ; ophthalmia chronica.

*B. SULFURETA HYDRARGYRI.*

## SULFURETUM HYDRARGYRI nigrum.

Syn. *Æthiops mineralis ; hydrargyrus cum sulphure.* Ph. L. *Hydrargyrum sulphuratum nigrum.* Ph. B. G. *Sulfure de mercure noir.*

℞. Hydrargyri purificati,
Sulphuris purificati ana partes æquales.

Triturentur intime in mortario vitreo, donec globuli hydrargyri perfecte disparuerint et massa nigrum colorem assumpserit.

Usus : Lumbrici ; psora.

Dosis : Grana sex ad sexaginta de die.

## SULFURETUM HYDRARGYRI rubrum.

Syn. *Cinnabaris nativa ; cinnabaris arti-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0137-3 DFG

*ficialis s. factitia; hydrargyrus sulphuratus ruber.* Ph. L. G. *Sulfure de mercure rouge.*

℞. Sulfureti hydrargyri nigri quantum placet.

In vase vitreo calori leni expone movendo continue, donec colorem rubrum induerit massa.

*NB.* Venale sublimatione paratum quandoque oxydo plumbi rubro adulteratum occurrit.

Usus : Ad fumigationes in ulceribus aliisve morbis cutis syphiliticis. Item ad parandum hydrargyrum purificatum.

## SULFURETUM HYDRARGYRI STIBIATUM nigrum.

Syn. *Æthiops antimonialis* Huxhami. *Hydrargyrum stibiato-sulphuratum.* Ph. B.

℞. Sulfureti stibii nigri uncias duas.
Hydrargyri purificati unciam unam.

Terantur simul donec hydrargyrum perfecte disparuerit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0138-9 DFG

*NB.* Hæc massa leni igni exposita continue movendo, donec colorem rubrum induat, dat SULFURETUM HYDRARGYRI STIBIATUM RUBRUM, vulgo *cinnabaris antimonii* dicta.

USUS : Morbi cutis; amaurosis; variola; tabes infantum mesenterica; vermes; arthrodynia rheumatica.

DOSIS *Infantibus* : Grana duo — tria : *Adultis* : Grana sex — quindecim, bis die.

### *C. SALES HYDRARGYRI.*

## ACETAS HYDRARGYRI.

SYN. *Hydrargyrum acetatum.* BERGM. *Mercurius acetatus ; terra foliata mercurialis ; Trohisci s. pilulæ* KEYSERI ; *Hydrargyrum aceticum.* Ph. B. G. *Acétate de mercure.*

℞. Oxydi hydrargyri rubri uncias duas.
Acidi acetici uncias septem,
Vel quantum requiritur, ut leniter dige-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0139-7 DFG

rendo fiat solutio, quam leni calore evapora ad siccitatem.

Usus : Syphilis.

Dosis : Granum unum—tria, de die.

## MURIAS HYDRARGYRI.

*A. MURIAS HYDRARGYRI* præcipitatus.

Syn. *Mercurius dulcis methodo* Scheele *paratus; mercurius dulcis præcipitatione paratus.* G. *Muriate de mercure précipité.*

℞. Hydrargyri purificati libram semis.
Affunde in cucurbita
Acidi nitrici libram unam.

Claude orificium cucurbitæ papyro, eandemque in balneo arenæ calido pone, ut hydrargyrum solvatur. Post tres aut quatuor horas augeatur ignis, ut massa ebullitioni proxima sit, continuando eundem ignis gradum per tres aut quatuor horas; dein per quadrantem horæ massa leniter ebulliat. Hunc liquorem ebullientem gradatim af-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0140-8 DFG

funde solutioni sequenti, in vase conico contentæ, continuo movendo massam:

℞. Muriatis sodæ, in aquæ fervidæ libris octo solutæ, drachmas novem.

Præcipitatus pulvis perfecte edulcoratus et siccatus usui servetur.

*B. MURIAS HYDRARGYRI* sublimatione paratus.

Syn. *Mercurius dulcis sublimatus; hydrargyrus muriatus mitis.* Ph. L. *Mercurius dulcis; calomel, calomelas, calomelanos; panacea mercurialis; hydrargyrum muriaticum mite.* Ph. B.

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati uncias quindecim.

In mortario vitreo aut lapideo caute tere, alcoholis aliquot guttulas subinde inspergendo; dein adde

Hydrargyri purificati uncias duodecim.

Misce terendo, donec globuli hydrargyri perfecte disparuerint; dein in cucurbitam vitream oblongam immitte et subli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0141-4 DFG

ma. Massam sublimatam tere, et denuo sublima; dein in pulverem subtilissimum tere, affusa aqua destillata fervida probe lava, sicca et in vase clauso usui serva.

Usus: Physconia abdominalis; dialeipyræ rebelles; blechropyra flava; arthrodynia rheumatica; vermes; hepatitis chronica; hydrops; atrophia mesenteria; icterus; dysenteria. *Externe forma pulveris*: Ulcera syphilitica. — Adfricando gingivis etc., et internæ superficiei oris: Syphilis. — Oculo inflatus: Maculæ corneæ.

Dosis: Grana duo — quindecim pro dosi.

## MURIAS HYDRARGYRI AMMONIACALIS.

Syn. *Mercurius præcipitatus albus; calx hydrargyri alba.* Ph. L. *Hydrargyrum muriaticum præcipitatum.* Ph. B.

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati,
Muriatis ammoniacæ ana uncias octo.
Solve in
Aquæ destillatæ calidæ libris octo.
Filtrato liquori instilla

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0142-0
DFG

Carbonatis sodæ, in aqua destillata soluti, quantum satis.

Pulverem præcipitatum lava et siccatum usui serva.

Usus *præcipue externus :* Psora; herpes, aliive morbi cutanei.

## MURIAS HYDRARGYRI FERRATUS.

Syn. *Mercurius dulcis martialis.* Hartmanni.

℞. Muriatis hydrargyri partes sex.

Oxydi ferri nigri partem unam.

Simul triturando intime mixta sublimationi expone.

*Vel :*

℞. Muriatis hydrargyri partes tres.

Muriatis ferri ammoniacalis partem unam.

Probe triturando misce.

## MURIAS HYDRARGYRI OXYGENATUS.

*A. MURIAS HYDRARGYRI OXYGENATUS,* præcipitatione paratus.

℞. Hydrargyri quantum placet.

Acidi muriatici oxygenati quantum opus.

Vase clauso agita massam, ut hydrargyrum in oxydum mutetur; dein decanta liquorem, et oxydo hydrargyri in fundo vasis remanenti affunde denuo

Acidi muriatici oxygenati quantum opus,

Ut oxydum perfecte solvatur. Solutionem leni igne evapora et ad crystallisandum sepone.

*Vel:*

℞. Nitratis hydrargyri liquidi libras duas.

Instilla gradatim probe agitando

Acidi muriatici oxygenati libras tres.

Destilla lento igne, donec acidum nitricum omne in excipulum transierit; dein sepone liquorem in retorta remanentem ut crystalli formentur.

### *B. MURIAS HYDRARGYRI OXYGENATUS,* sublimatione paratus.

℞. Sulfatis hydrargyri lutei,

Muriatis sodæ, igne probe exsiccati (decrepitati), ana libram unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0144-1 DFG

Misce probe terendo; deinde ex cucurbita vitrea, ad tertiam tantum partem repleta, igne initio moderato, sub finem aucto, sublima et massam sublimatam crystallinam usui serva.

QUALITAS : Venenata; caustica.

USUS *cautus* : Syphilis; morbi cutis varii.

DOSIS : Grani pars quarta ad granum dimidium de die in vehiculo.

*NB.* Antidotum optimum hujus veneni est carbonas potassæ in aqua solutus cum pauxillo olei olivarum; vel decoctum corticis cinchonæ aut quercus.

## NITRAS HYDRARGYRI.

*A. NITRAS HYDRARGYRI* liquidus.

℞. Hydrargyri purificati quantum placet.
Acidi nitrici quantum opus,
Ut hydrargyrum fere omne solvatur.

USUS *internus* : Syphilis. *Externus* : Ulcera fungosa rebellia. *Item* ad sales muriaticos et sulfuricos aquarum mineralium dete-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0145-7

gendos; et ad parandum oxydum hydrargyri rubrum, aliosque sales hydrargyri.

*B. NITRAS HYDRARGYRI* crystallisatus.

℞. Nitratis hydrargyri liquidi quantum placet.

Sepone in vase aperto ad crystallisandum.

Usus idem ac præcedentis.

## PHOSPHAS HYDRARGYRI.

Syn. *Hydrargyrum phosphoratum*. Berg. *Hydrargyrum phosphoricum*. Ph. B. G. *Phosphate de mercure.*

℞. Nitratis hydrargyri liquidi quantum placet.
Instilla paulatim
Phosphatis sodæ, in aqua destillata soluti, quantum opus,

Ut hydrargyrum omne præcipitetur. Pulverem album sic præcipitatum, probe edulcoratum et siccatum usui serva.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0146-3 DFG

## SULFAS HYDRARGYRY luteus.

SYN. *Sulfas hydrargyri cum excessu oxydi; Turpethum minerale; mercurius vitriolatus; hydrargyrus vitriolatus; mercurius causticus flavus.*

*NB.* Hic sal obtinetur methodo supra sub articulo: *Oxydum hydrargyri album*, indicato.

VIRTUS: Emetica; drastica; errhina.

USUS: Morbi cutis rebelles.

DOSIS: Granum dimidium.

## TARTRIS HYDRARGYRI.

SYN. *Hydrargyrum tartarisatum.* BERG. *Tartarus mercurialis; terra foliata mercurialis; pulvis* CONSTANTINI. *Pulvis mercurialis argenteus.* G. *Tartrite de mercure.*

℞. Oxydi hydrargyri nigri quantum placet.
Acidi tartarosi quantum opus.

Simul coque, ut hydrargyrum solvatur; dein evapora massam et ad crystallisandum sepone.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0147-9 DFG

*Vel :*

℞. Nitratis hydrargyri liquidi quantum placet.

Acidi tartarosi ( vel tartritis potassæ, aut tartritis sodæ ) quantum sufficit,

Ut hydrargyrum omne præcipitetur.

*Vel :*

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati partem unam.

Tartritis potassæ partes quatuor.

Mixta in aqua destillata solve et lente evaporatam massam ad crystallisandum sepone.

Usus : *Syphilis.*

Dosis : Granum unum — duo, bis die.

---

## MANGANESIUM.

Syn. *Regulus manganesii.*

Metallum fragile.

### OXYDUM MANGANESII nigrum.

Syn. *Magnesium.* Berg. *Magnesia nigra ;*

*Magnesia vitrariorum.* G. *Oxide de manganèse noir.*

Venale prostat.

Usus *præcipuus* ad parandum acidum muriaticum oxygenatum. *Externus forma unguenti* ( Drachma una ad unciam unam axungiæ porcinæ) : Morbi cutis ; psora ; tinea ?

*NB.* Usus internus tentari meretur.

---

## PLUMBUM, ejusque PRÆPARATA.

Gravitas specifica ad aquam ut 2,345 ad 1,000.

### *A. OXYDA PLUMBI.*

### OXYDUM PLUMBI semivitreum.

Syn. *Lythargyrium ; Lythargyrus ; calx plumbi ; plumbum calcinatum.* G. *Oxide de plomb demi-vitreux.*

Venale prostat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0149-3

Qualitas: Venenata, vim nervosam destruens.

Virtus: Sedativo-adstringens.

Usus: Ad præparata et composita varia.

## OXYDUM PLUMBI rubrum.

Syn. *Minium; calx plumbi rubra.*

Venale prostat.

Virtus *et* Usus idem ac præced.

## OXYDUM PLUMBI album, acido acetico confectum.

Syn. *Calx plumbi alba; cerussa; armentum album.* G. *Oxide de plomb blanc par l'acide acétique.*

Vulgo venale prostat.

Virtus *et* Usus idem ac priorum.

### *B. SALES PLUMBI.*

## ACETAS PLUMBI.

*A. ACETAS PLUMBI* crystallisatus.

Syn. *Plumbum acetatum.* Bergm. *Saccha-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0150-4 DFG

*rum saturni ; sal saturni ; cerussa acetata.* Ph. L. *Plumbum aceticum.* Ph. B. G. *Acétate de plomb.*

℞. Oxydi plumbi albi quantum placet.

Acidi acetici quantum opus,

Ut oxydum plumbi solvatur. Solutio effusa et evaporata ad crystallisationem seponatur.

*Vel :*

℞. Acetatis plumbi vulgo venalis quantum placet.

Aquæ destillatæ fervidæ quantum opus,

Ut fiat solutio, quam filtra et ad crystallisandum sepone. Liquorem remanentem evapora ad dimidium et denuo ad crystallisandum depone.

VIRTUS eadem ac priorum.

USUS *præcipuus :* Pro collyriis, injectionibus, lotionibus.

## ACETAS PLUMBI liquidus.

SYN. *Acetum lithargyrii ; acetum satur-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0151-0

*ni; aqua lithargyrii acetati; solutio plumbi in acido acetoso; extractum saturni s. plumbi; extractum* Gou-lardi; *acetum saturninum.* Ph. B. G. *Acétate de plomb liquide.*

℞. Oxydi plumbi albi (vel rubri) uncias quatuor.

Acidi acetici uncias sedecim.

Coque leni igne continuo movendo, donec papyrus, lacmo cæruleo tinctus, immissus colorem suum servet et in rubrum non mutetur; dein liquorem per subsidentiam depuratum effunde.

Virtus : Sedativo-refrigerans; adstringens.

Usus *externus* : Herpes; maculæ aut ulcuscula cutis; varix ani dolens; phlegmone; ecchymoma; arthrodynia rheumatica; cnesmus; fistula; ophthalmia; Blennorrhœa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0152-5

## STANNUM, ejusque PRÆPARATA.

Gravitas specifica ad aquam, ut 7,264 ad 1,000.

### LIMATURA STANNI.

℞. Stanni quantum placet.

Lima in scobem redige et usui serva.

Virtus : Anthelminthica.

Usus : Vermes, præcipue Tænia Solium Linn.

### OXYDUM STANNI griseum.

Syn. *Stannum suboxydatum; pulvis stanni; stannum pulveratum.* Ph. L. G. *Etain demi-oxidé.*

℞. Stanni libras sex.

In vase ferreo liqua, et agita baculo ferreo, donec pulvis griseus supernatet. Pulverem aufer prout formatur, et sic continua donec totum in pulverem conversum fuerit, quem frigefactum per cribrum trajice.

Virtus : Anthelminthica; drastico-cathartica.

Usus *præcipuus* : Tænia Solium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0153-1
DFG

## STIBIUM, ejusque PRÆPARATA.

Metallum fragile.

Syn. *Regulus antimonii s. stibii simplex, s. vulgaris; regulus antimonii stellatus; stibium purum.* Ph. B. G. *Antimoine.*

Gravitas specifica ad aquam, ut 6,860 ad 1,000.

℞. Frustulorum ferri puri uncias sex.

Imitte in crucibulum amplum et igne intenso urge ad candescentiam; tunc adde

Sulfureti stibii nigri pulv. uncias octodecim.

Liquescant simul; dein sensim adjice,

Nitratis potassæ perfecte siccati uncias quatuor.

Dum aquæ instar fluxerit massa, effunde in conum fusorium, leniter concutiendum, ut subsidat metallum. Postquam refriguit, à scoriis separa, eique in pulverem contrito adde

Nitratis potassæ perfecte siccati partem octavam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0154-7 DFG

Igne forti simul liquefacta denuo in conum fusorium transfunde, et post refrigerationem metallum purum à scoriis separatum usui serva.

*NB.* Scoriæ ex potassa, sulfate potassæ, sulfureto potassæ, carbone et oxydo stibii compositæ, serviunt ad oxydum stibii hydrosulfuratum rubro-fuscum parandum.

Virtus : Emetica; catharthica; sudorifica.

Usus : Ad præparata stibii varia.

### *A. OXYDA STIBII.*

## OXYDUM STIBII album.

Syn. *Oxydum stibii acido muriatico oxygenato confectum ; pulvis angelicus ; mercurius vitæ ; pulvis* Algarothi.
*G. Oxide d'antimoine blanc.*

℞. Muriatis stibii oxygenati partem unam.
Aquæ destillatæ fervidæ partes sex aut octo.

Misce. Pulvis albus ex liquore refrigerato sponte præcipitatus, probe edulcoratus et siccatus, in vase vitreo clauso usui servetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0155-3 DFG

Virtus : Venenata; emetica.

Usus : Ad varia præparata.

## OXYDUM STIBII cum POTASSA.

Syn. *Antimonium calcinatum.* Ph. L. *Antimonium diaphoreticum non ablutum; stibium oxdyatum album.* Ph. B.

℞. Stibii,

Nitratis potassæ ana partes æquales.

Misce et pulverisata injice per vices in crucibulum amplum leviter candens; igni expositum. Detonatione peracta massa adhuc per semihoram candescat; tunc cochleari ferreo exempta et refrigerata in pulverem trita, vitro obturato usui servetur.

Pulvis hic ex oxydo stibii et potassa constans, aqua fervida probe edulcoratus, est *Stibium s. antimonium diaphoreticum ablutum* officinarum.

## OXYDUM STIBII SULFURATUM vitreum opacum.

Syn. *Hepar antimonii.*

℞. Sulfureti stibii nigri,
Nitratis potassæ ana partes æquales.

Triturando simul mixta immitte in crucibulum, quod alio superposito luto perfecte claudatur, et sic igni gradatim aucto exposita massa simul fundatur; dein frigefacta usui servetur.

Hæc massa aqua destillata probe edulcorata est *Oxydum stibii hydrosulfuratum fusco-aurantiacum*, vulgo *crocus metallorum* dictus; seu species kermetis mineralis, kermete minerali ordinario plus oxydata.

## OXYDUM STIBII HYDROSULFURATUM rubro-fuscum.

Syn. *Hydrosulfuretum oxydi stibii fuscum seu rubeum; kermes mineralis; sulphur stibiatum rubeum*. Ph. B. G. *Oxide d'antimoine brun hydrosulfuré*.

Centenarius constat circiter 72 partibus oxydi stibii fusci; 20 hydrogenii sulfurati; 4 sulphuris, et 2 aquæ. (Thenars.)

℞. Sulfureti stibii nigri libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0157-4

Carbonatis sodæ (aut carbonatis potassæ) siccati libram unam.

Sulphuris purificati unciam unam.

Mixta et pulverisata injice in crucibulum, ut igne moderato liquescant; massam ſusam in mortarium ferreum effunde, et postquam refriguit, in pulverem tere, quem in aquæ fervidæ libris viginti coque per quadrantem horæ continuo movendo; dein per chartam bibulam liquorem adhuc fervidum filtra et sepone, ut frigescat.

Refrigeratum liquorem à pulvere inde sponte præcipitato ope filtri separa, eumque sulfureto stibii residuo reaffunde, et addita aquæ portione denuo per quadrantem horæ coque, et filtra; hancque operationem bis vel ter itera. Præcipitatum rubeo-fuscum, hisce operationibus obtentum, misce, aqua tepida ablue, in loco umbroso sicca et in vase vitreo obturato usui serva.

*Vel :*

℞. Potassæ partes sex.

Aquæ bullientis partes viginti.

Bullienti liquori injice,
Sulfureti stibii nigri pulv. pondus circiter vigesimum potassæ adhibitæ.

Agitando bene massam et ebullitione per medium horæ quadrantem continuata filtra. Prout frigescit liquor, præcipitatur pulvis rubro-fuscus qui aqua destillata ablutus et loco umbroso siccatus, usui servetur.

Liquor post depositionem hujus pulveris remanens continet *Oxydum stibii hydrosulfuratum luteum.*

Usus : Expectoratio sputorum difficilis in pneumonitide, præmissis præmittendis; morbi pulmonum atonici, pituitosi; morbi ex transpiratione suppressa; hydrops.

Dosis *infantibus* : Grani pars quarta ad dimidium. *Adultis* : Granum unum — duo bis die.

## OXYDUM STIBII HYDROSULFURATUM luteum.

Syn. *Hydrosulfuretum oxydi stibii aurantiacum; sulphur antimonii auratum; sulphur stibiatum aurantia-*

cum. Ph. B. G. *Oxide d'antimoine orangé hydrosulfuré.*

Centenarius constat circiter 68 partibus oxydi stibii aurantiaci; 17 hydrogenii sulfurati et 11 ad 12 sulphuris.

℞. Liquoris ex mox dicta operatione præcedenti residui quantum placet.

Sensim instillando adde,

Acidi sulfurici diluti quantum satis.

Donec cesset præcipitatio. Pulvis præcipitatus, aqua destillata edulcoratus, coloris corticis flavi fructus aurantii in vase vitreo usui servetur.

*Vel:*

℞. Sulfureti stibii pulv. partes duas.

Sulphuris purificati partes tres.

Mixta injice per vices in

Potassæ bullientis quantum opus,

Continue movendo spatula, ut fiat solutio perfecta; dein liquori aqua fervida diluto et per chartam colato instilla paulatim

Acidi sulfurici diluti quantum satis,

Ut fiat præcipitatio, caute vitando gaz hydrogenium sulfuratum sub hac opera-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0160-9
DFG

tione avolans. Post viginti quatuor horas liquor supernatans decantetur à pulvere luteo seu aurantiaco præcipitato, qui aqua tepida ablutus, dein lenissimo calore sub umbra siccatus, in vase vitreo clauso usui servetur.

*NB.* Oxydum stibii luteum hydrosulfuratum ab oxydo stibii fusco hydrosulfurato differt, quod hic fuscus plus oxydi et minus sulphuris, ille vero luteus plus sulphuris, et minus oxydi stibii simulque minus oxydati contineat. — Pulvis versus finem instillationis acidi præcipitatus pro maxima parte sulphure constat, et nonnisi pauxillum aut nihil fere oxydi stibii continet.

Usus: Morbi cutis; morbi ex transpiratione suppressa; morbi pulmonum pituitosi.

Dosis: Granum unum — quatuor bis die.
*Pulveris ad finem præcipitati*: Grana tria — sex.

OXYDUM STIBII album præcipitatum.

Syn. *Pulvis Algarothi; mercurius vitæ.*
G. *Oxide blanc d'antimoine.*

℞. Muriatis stibii liquidi quantum placet.

Aquæ destillatæ quantum opus,

Ut fiat præcipitatio. Pulvis albus præcipitatus lavetur, siccetur et usui servetur.

Usus: Ad parandum Tartritem potassæ stibiatum aliaque præparata.

## OXYDUM STIBII album sublimatum.

Syn. *Flores argentini.* G. *Oxide sublimé blanc d'antimoine.*

Paratur eodem modo ac oxydum zinci sublimatum.

## OXYDUM STIBII SULFURATUM vitreum diaphanum.

Syn. *Vitrum antimonii.* G. *Oxide d'antimoine sulfuré vitreux.*

℞. Sulfureti stibii nigri pulv. quantum placet.

Expone in vase plano et aperto leni ignis gradui per quindecim aut octodecim horas, sæpius movendo massam, donec in pulverem griseum conversa fuerit.

℞. Hujus oxydi sulfurati grisei quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0162-1
DFG

Expone igni valido mediante folle excitato per aliquot minuta, unde in massam vitream transparentem hyacinthini coloris mutatur.

Usus : Ad præparata quædam pharmaceutica.

*B. SULFURETA STIBII.*

## SULFURETUM STIBII nigrum purificatum.

Syn. *Antimonium ; antimonium crudum præparatum ; antimonium sulphure mineralisatum ; antimonium crudum nativum ; antimonium s. stibium sulphuratum nigrum lævigatum.* Ph. B. G. *Sulfure d'antimoine.*

Centenarius constat circiter sulphuris partibus septuaginta quinque et stibii partibus viginti quinque.

℞. Sulfureti stibii nativi quantum placet.

Tere in mortario ferreo ; dein super porphyriten cum pauxilla aqua in pulverem subtilissimum tritum immitte vasi amplo et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0163-7 DFG

affunde aquam, quam sæpius agitando, polline subtili gravidam, effunde. Quiescente aqua subsidet pulvis subtilis, qui exsiccatus usui servetur.

Pulvis grossior quem aqua sustinere nequit, iterum lævigetur, et eodem modo tractetur.

Virtus : Sudorifica.

Usus : Morbi cutis; dyspepsia.

Dosis : Drachma dimidia — una bis die.

Sulfuretum calcis stibiatum, et
Sulfuretum potassæ stibiatum,
*Vide infra* Sulfureta alcalina.

## SULFURETUM STIBII ARSENICATUM.

Syn. *Oxydum arsenici album cum sulfureto stibii; arsenicum antimoniatum.*

℞. Sulfureti stibii pulv. uncias duas.
Oxydi arsenici albi pulv. unciam unam.

Crucibulo indita igne fusione jungantur et pulverisata usui serventur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0164-3 DFG

Usus : Hic pulvis sub nomine : *Causticum arsenicale*, à chirurgo Londinensi Iustamond inventus, cum successu sæpius adhibitus fuit in ulceribus cancrosis et excrescentiis fungosis ulcerum phagedænicorum. Si irritabilitas et dolor vehemens adest, quandoque opium utiliter additur.

### *C. SALES STIBII.*

## MURIAS STIBII oxygenatus.

Syn. *Butyrum antimonii.* Off. *Antimonium salitum.* Bergm. *Causticum antimoniale; antimonium muriatum.* Ph. L. *Murias stibii sublimatus; liquor stibii muriatici.* Ph. B. G. *Muriate oxygéné d'antimoine.*

℞. Stibii pulv. uncias duodecim.
Muriatis hydrargyri oxygenati uncias viginti quatuor.

Misce exacte triturando; et per aliquot dies sepone. Massam humidam dein ex retorta leni igne destilla. Liquor in excipulum

transiens, consistentia butyracea, vasis probe clausis usui servetur.

*NB.* Obtinentur sic unciæ sedecim et drachmæ aliquot muriatis stibii oxygenati. Residuum in retorta constat hydrargyro et pulvere stibii griseo.

*Vel:*

℞. Stibii pulv. uncias sex.

Muriatis sodæ uncias duodecim.

Mixta immitte in retortam vitream, sensimque adde,

Acidi sulphurici, æquali pondere aquæ diluti, uncias duodecim.

Destilla in balneo arenæ. Massa post destillationem in retorta remanens est Sulfas sodæ cum oxydo stibii mixtus.

Virtus: Summe corrodens; caustica.

Usus *externus*: Excrescentiæ fungosæ; verrucæ; caries. - In Staphylomate guttula penicillo oculo applicatur, injiciendo mox lac tepidum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0166-4 DFG

## PHOSPHAS CALCIS stibiatus.

Syn. *Phosphas stibii cum calce s. calcareus; pulvis antimonialis.* Ph. L. *Pulvis doctoris* Jacobi. (James's powder.)

℞. Cornu cervi rasi quantum placet.
Coque in
Aquæ quantum opus.

Donec gelatina omnis extracta fuerit. Residuum sicca.

℞. Residui hujus siccati,
Sulfureti stibii nigri, ana libras duas.

Misce et injice ollæ ferreæ latæ, ad rubedinem calefactæ, et assidue agita donec colore cinereo fuerint. Materiam refrigeratam in pulverem tere, et crucibulo loricato immitte. Crucibulum aliud inversum, cui parvum sit in fundo foramen, luto conjunge. Ignem subministra, quem ad rubedinem sensim auge et ita acutum serva per horas duas. Denique massam frigefactam in pulverem subtilissimum tere.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0167-0
DFG

*Vel :*

℞. Cornu cervi ad albedinem usti partes quatuor.

Oxydi stibii albi partem unam.

Misce triturando in pulverem subtilissimum, quem in vase clauso usui serva.

Usus : Febres ex transpiratione suppressa; febres asthenicæ ( ad crisin promovendam. )

Dosis : Grana quinque — octo semel, vel pro re nata etiam bis die.

*NB.* Major Dosis emesin et alvum ciet.

## TARTRIS POTASSÆ STIBIATUS.

Syn. *Tartris potassæ acidulus stibiatus; tartris stibii cum potassa ; tartarus emeticus; tartarus antimonialis; antimonium tartarisatum.* Ph. L. *Tartarus stibiatus.* Ph. B.

Centenarius constat stibii partibus 38; acidi tartarosi 34; potassæ 16 et aquæ partibus 8 — seu centum partes hujus salis con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0168-6 DFG

tinent tartritis potassæ partes 34; tartritis stibii 54 et aquæ 8.

℞. Tartritis potassæ aciduli uncias quinque.

Oxydi stibii albi præcipitati uncias duas.

Subtilissime simul pulverisata coque leniter per mediam horam in vase vitreo cum

Aquæ destillatæ unciis viginti quatuor.

Filtra et liquorem, ad pelliculam in vase vitreo evaporatum, ad crystallisandum depone.

VIRTUS : Emetica ; cathartica. *Refracta dosi* : Nauseans ; sudorifica ; diuretica ; antispasmodica.

USUS *præcipuus* : Ad vomitum ciendum. *Externus* : Ulcera rebellia.

DOSIS : Grana tria — sex in totidem unciis aquæ soluta. Pro ratione ætatis, irritabilitatis etc. cochleare minus vel majus omni quadrante vel dimidia hora datur donec vomitum cieat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0169-4
DFG

## TARTRIS STIBII.

℞. Oxydi stibii albi quantum placet.

Acidi tartarosi quantum opus,

Ad perfectam oxydi dissolutionem; dein evapora massam in balneo aquæ ad siccitatem, et pulverisatam in vase probe clauso usui serva.

*NB.* Hic sal simplex, et æqualis semper virtutis, pro usu medico priori præferri meretur; aut si placet, ex tempore, cum pauxillo potassæ mixtus adhiberi potest.

---

# ZINCUM.

Metallum fragile.

Gravitas specifica ad aquam, ut 6,862 ad 1,000.

## A. OXYDUM ZINCI album.

SYN. *Calx zinci; zincum oxydatum album.* Ph. B. *Flores zinci; calx zinci sublimata; lana philosophica; luna fixata; cadmia fornacum purificata;*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0170-5
DFG

*pompholyx præparata; tutia præparata; lapis calaminaris purificatus.*
G. *Oxide de zinc blanc.*

℞. Zinci puri, in frustula fracti, quantum placet.

Injice per vices crucibulo caudenti capaci et alto, cui superponatur crucibulum aliud ita ut aëri accessus pateat, massam sæpius baculo ferreo movendo. Oxydum sublimatum album, prout formatur, exime et usui serva.

*Vel:*

℞ Sulfatis zinci quantum placet.
Solve in
Aquæ fervidæ decuplo.
Filtra et instilla paulatim
Carbonatis sodæ (vel potassæ) in aqua soluti quantum satis,

Ut præcipitetur oxydum zinci. Pulverem album præcipitatum, probe edulcoratum et siccatum, usui serva.

VIRTUS: Emetica; antispasmodica; adstringens.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0171-1 DFG

Usus *internus*: Chorea; epilepsia; hysteria; aliive morbi spasmodici; ascarides. — *Externus forma lotionis, unguenti etc.*: Herpes; ophthalmia palpebrarum; fissura papillarum.

Dosis: Granum semis-unum ad quatuor cum saccharo.

## SULFAS ZINCI.

Syn. *Vitriolum album; vitriolum zinci; zincum vitriolatum.* Bergm. *Sal vomitorium; gilla vitrioli; zincum sulphuricum.* Ph. B. G. *Sulfate de zinc.*

Centenarius constat zinci partibus viginti; acidi sulphurici partibus decem, et aquæ partibus quadraginta.

℞. Zinci puri, vel Oxydi zinci albi quantum placet.

Solve in

Acidi sulfurici diluti quantum satis.

Filtra, et evapora sub continua agitatione ad siccitatem.

Virtus: Emetica; diuretica; adstringens; antispasmodica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0172-7

Usus *internus* : Morbi spasmodici. — Sulfas zinci duas sui ponderis partes aquæ frigidæ ad suî solutionem requirit. Hujus solutionis saturatæ cochleare parvulum mane et vesperi exhibitum in pertussi epidemica Londinensi 1787 efficax inventum fuit remedium. *Externus forma lotionis, injectionis etc.* : Ophthalmia; ulcus corneæ; aphthæ; ulcera; blennorrhœa; cynanche mucosa; varix ani; odontalgia, denti carioso imponendo.

Dosis *interne* : Granum unum - sex - octo. — *Externe* : Granum unum-decem in uncia una vel duabus aquæ destillatæ.

---

## SULFURETA ALCALINA.

Corpora ex sulphure et sale alcalino, vel calce composita.

### SULFURETUM CALCIS.

Syn. *Hepar sulphuris calcareum; hepar calcis; sulfuretum calcareum; calcaria sulphurata.* Ph. B.

℞. Calcis pulverisatæ uncias duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0173-2 DFG

Sulphuris unciam unam.

Mixtis ſensim affunde,

Aquæ ſervidæ uncias sedecim.

Leni igne, continuo agitando, evaporent ad siccitatem. Massam siccam in vase vitreo clauso usui serva.

*Vel:*

℞. Sulphuris,

Calcis pulv. ana partes æquales.

Simul in crucibulo funde, et massam adhuc modice calidam vasi vitreo immitte, quod probe clausum usui serva.

Usus: Ptyalismus aliive morbi ex hydrargyro; morbi rheumatici et arthritici; phthysis; diabetes; psora aliive morbi cutanei.

Dosis: Grana triginta bis terve de die, superbibendo limonadam aut liquidum aliud acidulatum.

## SULFURETUM CALCIS STIBIATUM.

Syn. *Calx antimonii cum sulphure; calx*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0174-8 DFG

*antimonii sulſurata; calcaria sulphurato-stibiata.* Ph. B.

℞. Calcis pulv. libram unam semis.
Oxydi stibii hydrosulfurati lutei libram semis,
Invicem tritis sensim adde,
Aquæ ſervidæ libras duodecim.

In vase vitreo vel ferreo, sub continua agitatione, leni calore evapora ad siccitatem, et pulverem ex albido-flavescentem in vase vitreo clauso usui serva.

Usus *internus et externus* (*in balneo*): Morbi cutis rebelles; morbi arthritici; physconia abdominalis.

Dosis *pro usu interno*: Pulveris grana decem bis terve de die, superbibendo haustum aquæ.-Vel libra una solutionis aquosæ quotidie; coquendo drachmam unam hujus pulveris cum libris quinque aquæ ad colaturam librarum quatuor.

## SULFURETUM POTASSÆ VEL SODÆ.

Syn. *Hepar sulphuris; hepar sulphuris sa-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0175-4 DFG

*linum s. alcalinum; kali sulphuratum.* Ph. B.

℞. Sulphuris uncias sex.
Carbonatis potassæ uncias duodecim.

Mixta in crucibulo amplo tecto leni igne funde, ut in massam coëant, quam in tabulam lapideam aut in laminam æneam, oleo fixo illitam, effunde, et frigefactam mox vasi vitreo immitte, quod probe clausum usui serva.

Usus *internus*: Per se vel in aqua soluti, idem ac sulfureti calcis. — Item ad aquas minerales sulfureas arte parandas — et ad parandum sulphur præcipitatum.

Dosis: Grana viginti—triginta, sæpius de die.

## SULFURETUM POTASSÆ STIBIATUM.

Syn. *Hepar sulphuris antimoniatum.*

℞. Sulfureti stibii nigri pulv.
Potassæ ana partes æquales.

In crucibulo leni igne simul funde; dein frigefacta in vase probe clauso usui serva.

VIRTUS *et* USUS idem ac sulfureti calcis stibiati.

## HYDROSULFURETUM AMMONIACÆ.

SYN. *Hepar sulphuris volatile.*

℞. Sulfureti ferri (*vulgo* pyritis ferri nativæ) pulv. quantum placet.

Immitte in retortam vitream tubulatam, collo recurvato instructam, ac luto probe junctam cum excipulo amplo in aqua gelida locato, et ad unam tertiam partem ammoniaca repleto. Apparatu sic instructo adde per tubulum retortæ,

Acidi muriatici quantum opus,

Ut gaz hydrogenium extricetur, quod per ammoniacam transire cogitur tamdiu, donec gaze saturata fuerit, aut ejusdem nihil amplius suscipere valeat.—Liquor sic obtentus est Hydrosulfuretum ammoniacæ, quod vase probe clauso usui servetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0177-6 DFG

*NB.* Sulfuretum ferri pro hoc processu facile arte paratur, igniendo frustum ferri ad incandescentiam, illudque tunc probe inungendo sulphure. Globuli inde defluentes in vase aqua repleto collecti, et dein pulverisati usui serventur.

Parari etiam potest methodo sequenti:

℞. Sulfureti potassæ quantum placet.
Aquæ quantum sufficit.

Coque leniter in retorta vitrea, luto probe cum apparatu *Woulfiano* juncta, cujus excipula in aqua gelida immersa contineant portionem ammoniacæ. Gaz transiens per ammoniacam, hoc modo frigefactam, eandem in hydrosulfuretum ammoniacæ vertit.

Usus: Irritabilitas corporis ex usu hydrargyri aliisve causis orta; phthysis; diabetes.

Dosis *adulto*: Guttæ tres — quatuor initio, augendo gradatim donec vertiginem levem inducat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0178-1 DFG

# SAPONES.

Corpora ex alcali et oleo fixo aut volatili composita.

## SAPO MEDICINALIS.

SYN. *Sapo medicatus s. officinalis; sapo amygdalinus.*

℞. Olei amygdalini (vel Butyri cacao leni calore fusi) libras duas.
Sodæ libram unam.
Terendo misce.

*NB.* Hic sapo tempore sponte durescit.

VIRTUS: Antacida; cathartica; deobstruens.

USUS *internus*: Physconia abdominalis; icterus; morbi pituitosi; morbi ex acido primarum viarum; obstipatio. — *Externus forma linimenenti, enematis, suppositorii; item in balneis*: Tumores frigidi; morbi cutis.

DOSIS: Grana viginti—quadraginta, forma pilularum quotidie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0179-0 DFG

## SAPO GUAJACINUS.

℞. Potassæ libram unam.

Aquæ fervidæ libras duas.

Sub leni ebullitione et continuo movendo massam insperge successive

Gummi-resinæ guajaci officinalis pulv. quantum solvi potest.

Dein cola et leni calore ad consistentiam massæ pilularis evapora.

VIRTUS *et* USUS idem ac gummi-resinæ guajaci.

## SAPO JALAPPINUS.

℞. Resinæ convolvulus-jalappæ,

Saponis medicinalis ana uncias duas.

Alcoholis quantum opus,

Ut leni calore fiat solutio. Dein evapora ad consistentiam massæ pilularis.

VIRTUS : Cathartica.

## SAPO STIBIATUS.

SYN. *Sapo antimonialis.*

℞. Oxydi stibii hydrosulfurati lutei unciam unam.

Potassæ quantum satis,

Ut digerendo fiat solutio, cui adde

Aquæ destillatæ fervidæ pondus triplum.

Saponis medicinalis rasi uncias sex.

Solutionem leni calore ad massæ pilularis consistentiam evapora. Si massa adhuc rubri coloris est, adjice

Potassæ quantum satis,

Ut colorem ex albido cinereum induat.

Virtus *et* Usus idem ac oxydi stibii hydrosulfurati lutei.

## SAPO TEREBINTHINATUS.

Syn. *Sapo Starkeyanus; corrector Starkeyi; sapo tartareus.*

℞. Potassæ uncias decem.

Olei terebinthinæ volatilis uncias octo.

Calefacta simul terantur. Sapo durus inde natus usui servetur.

Virtus: Deobstruens; diuretica.

Usus: Blennorrhœa; hydrops.

Dosis: Grana octo—decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0181-7 DFG

# INFLAMMABILIA.

## CARBO.

Ligni sani frustula urantur in vase clauso foraminulo instructo, ut partes omnes ope ignis volatiles abigantur. Cessante penitus fumo substantia nigra, porosa, friabilis et inflammabilis in pulverem trita in vase clauso usui servetur.

VIRTUS: Antiseptica; odorem putrescentem efficaciter corrigens.

USUS *internus*: Halitus oris putridus; ructus putridi. — *Externus* pro dentifricio. Inspergendo: Ulcera putrida. — Item ad aquam a putredine præservandam et corrigendam; ad mel et sales varios dealbandos et purificandos; ad obtinendum acidum carbonicum.

## SULPHUR PURIFICATUM.

SYN. *Sulfur; sulphur citrinum; sulphur nativum.*

## SULPHUR SUBLIMATUM.

SYN. *Sulphur depuratum; sulphur subli-*

*matum; flores sulphuris; flores sulphuris loti.*

℞. Sulphuris vulgo venalis quantum placet.

In vase clauso balneo arenæ sublima; dein magna quantitate aquæ fervidæ probe ab omni acido sulfurico adhærente ablue, sicca et usui serva.

## SULPHUR PRÆCIPITATUM.

Syn. *Lac sulphuris; magisterium sulphuris.*

℞. Sulfureti calcis (vel sulfureti potassæ) quantum placet.

Aquæ bullientis quantum opus,

Ut fiat solutio, cui instilla

Acidi acetici quantum satis,

Ut sulphur omne præcipitetur; dein cola et præcipitatum probe edulcoratum et siccatum usui serva.

*Vel:*

℞. Sulfatis potassæ (vel sulfatis sodæ) probe siccati et pulv. partes sedecim.

Carbonum pulv. partes tres.

Massa mixta in crucibulum immissa forti



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0183-8

igni exponatur ut perfecte fluat; dein effusa

Solvatur in

Aquæ partibus sedecim.

Solutionem depone in cella humida per aliquot dies ut pars carbonum separetur; dein filtra liquorem flavo-rubicundum et instilla

Acidi sulfurici diluti quantum satis,

Ut sulphur omne præcipitetur.

*Vel:*

℞. Potassæ quantum placet.

In sartagine ferrea igni expone et ferventi liquido per vices adde,

Sulphuris sublimati quantum liquor causticus solvere potest; dein cola per chartam et cum triplo aquæ mixto, instilla

Acidi sulfurici diluti quantum opus,

Ut sulphur omne præcipitetur, quod aqua probe ablutum, et siccatum usui serva.

*NB.* Operator caute vitet inspirationem gazis hydrogenii, quod durante processu magna quantitate ex massa avolat et quod incaute inspiratum suffocationem lethalem inducit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0184-4 DFG

VIRTUS *Sulphuris sublimati et præcipitati* : Leniter stimulans ; cathartica ; antipsorica ; diuretica ; expectorans.

USUS *internus* : Psora ; psora retropulsa ; ulcera fœtida ; morbi pulmonum atonici pituitosi ; hæmorrhoïdes dolentes ; obstipatio hæmorrhoïdalis ; ædema post scarlatinam ; paralysis ex vaporibus hydragyri, plumbi aut arsenici ; ptyalismus aliique morbi ex hydrargyro producti.—*Externus forma unguenti* : Psora ; morbi ex hydrargyro.

*NB.* A quibusdam frictiones cum sulphure in arthrodynia rheumatica et podagrica laudantur.

DOSIS : Grana quindecim — triginta.

*NB.* Sulphur assumptum bilem in primis viis decomponere, et in sulfuretum sodæ mutare videtur.

---

## PHOSPHORUS.

℞. Acidi phosphorici libras tres.

In crucibulo fusis adde continue movendo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0185-0
DFG

Carbonum pulv. libram unam.

Massam adhuc calidam in mortario lapideo probe tere; dein retortæ terreæ loricatæ immitte, et junge mediante luto pingui excipulum amplum, ad medietatem aqua frigida repletum et tubulo parvo in parte superiori instructum, per quem gaz exire possit. Destilla in furno reverberii, igne sensim aucto ad retortæ candescentiam, donec guttæ transire cessent. Frigefacto apparatu liquorem infundibulo inde et aquam separa; dein orificio infundibuli inferiori clauso, aquam calidam affunde phosphoro in infundibulo contento, ipsumque infundibulum aquæ bullienti immerge movendo massam bacillo vitreo, donec in collo infundibuli in massam coëat. Tum in aquam frigidam immitte ut solidescat massa, quam inverso infundibulo exime et sub aqua frigida, in vasis terreis probe clausis usui serva.

Virtus: Irritans; stimulans; corrosiva.

Usus *internus anceps*: morbi soporosi? asthenia? paralysis? spasmi? epilepsia?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0186-5 DFG

— *Item* : Melancholia? mania? — Alii Phosphorum adhibent ad acidum phosphoricum parandum.

Dosis : Grana quatuor in oleo amygdalarum, vel pro re nata, in ætheris sulfurici uncia dimidia solvuntur. Hujus solutionis guttæ viginti cum haustu aquæ dantur bis terve de die; vel omni bihorio si morbus urgeat.

---

## RESINARUM PURIFICATIO.

Resinæ vel substantiæ resinosæ variæ, vulgo venales, impuræ, probe siccatæ, in frustula concisæ vel in pulverem contusæ alcohole repetitis vicibus superaffuso digerantur, sæpius agitando, per biduum aut triduum. Liquores commixti et filtrati misceantur cum aqua, et alcohol leni igne ex alembico balneo aquæ destilletur. Resina cum aqua remanens, repetitis vicibus aqua fervida probe lota, dein siccata usui servetur. Exemplo serviat:

### RESINA JALAPPÆ.

℞. Radicum convolvulus - jalappæ pulv. quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0187-1 DFG

Alcoholis sextuplum.

Misce; digere leni calore per biduum; dein cola et adde pulveri novam portionem alcoholis; digere denuo per viginti quatuor horas; dein cola exprimendo. Ex tincturis commixtis, addita aquæ destillatæ parte quarta, in balneo aquæ destillando eliciatur alcohol. Resinam in retorta remanentem, effusa aqua, ablue aqua fervida, et leni calore siccatam usui serva.

## GUMMI RESINARUM PURIFICATIO.

Gummi-resinæ, vulgo venales, impuræ gelu vel leni calore probe siccatæ, in pulverem terantur, et ab adhærentibus quisquiliis ope cribri setacei separentur. Sic purificatur

Gummi-resina ammon.
———— Myrrha.
———— Sagapenum.
———— Galbanum.
———— Assa fœtida.

## OPII PURIFICATIO.

℞. Gummi-resinæ papaveris somniferi,

vulgo *opium* dicti, impuri in frustula concisi, libram unam.

Alcoholis diluti libras duodecim.

Digere leni calore, subinde agitando, donec solvatur opium; dein per chartam cola, et leni igne in balneo aquæ destilla ad spissitudinem massæ pilularis, vel si placet ad siccitatem, ut in pulverem teri possit.

---

## CAMPHORA ejusque PRÆPARATA.

### CAMPHORA PURIFICATA.

℞. Camphoræ vulgo venalis impuræ quantum placet.

Alcoholis quantum opus,

Ut solvatur. Alcohol sic camphora saturatum cola, et liquori colato adde

Aquæ destillatæ quantum opus,

Ut camphora omnis præcipitetur; dein effunde liquorem, et camphoram leni igni expone ut siccetur et in massam coëat. Si partibus colorantibus adhuc inquinatam iisdem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0189-5 DFG

penitus liberam desideras, sublimationi expone.

Virtus : Sedativo-narcotica; antispasmodica; antiseptica.

Usus *internus* : Blechropyræ ( Typhus et synochus ); exanthemata atonica, retrocedentia; cardialgia; dysuria; œstromania; mania; hysteria; ( cum sulphure ) colica plumbea. - *Externus* : Arthrodynia; ophthalmia; gangræna; morsura insectorum; ulcus fungosum; colica spasmodica. —Item ad paranda præparata varia sequentia.

Dosis : Grana tria-sex-decem, ad drachmam unam, bis terve de die cum saccharo aut vehiculo quocunque.

*NB*. Camphora videtur esse oleum volatile, principio carbonico absorpto, in formam solidam concretum.

## OLEUM CAMPHORÆ VOLATILE.

Syn. *Oleum camphoræ destillatum; oleum camphoræ liquidum et butyraceum artefactum.*

℞. Camphoræ libram semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0190-0 DFG

Argillæ siccæ pulv. libras duas.

Optime permixta e retorta vitrea lenissimo igne destilla. Oleum cum phlegmate acidulo in excipulum transiens subtilissimum ab eodem separa; et cum portione olei butyracei in collo retortæ sublimati mixtum, usui serva.

Usus *externus eximius*: Arthrodynia aliive dolores rheumatici et arthritici; Punctura insectorum.

*NB.* Hoc oleum camphoræ, destillatione obtentum, distingui debet ab oleo volatili camphoræ nativo in India orientali obtento; utpote quod virtutem resolventem et sedativam in arthrodynis rheumaticis et arthriticis longe efficaciorem possidere dicitur.

## OLEUM CAMPHORÆ NITRICATUM.

℞. Camphoræ uncias tres.

Acidi nitrici uncias sex.

Digere in vase probe obturato per octiduum; dein oleum supernatans caute separa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0191-6 DFG

Usus *externus :* Ulcus fungosum, carcinomatosum; paralysis; arthrodynia; myodynia.

## OLEUM CAMPHORATUM.

℞. Camphoræ contusæ unciam unam.
Olei olivarum ( vel amygdalarum ) uncias quatuor.
Terendo solve.

Usus *externus :* Dolores rheumatici; phlogosis-erythema; morsura insectorum.

## ACETUM CAMPHORATUM.

℞. Camphoræ unciam semis.
Acidi acetici uncias octo.
Misce ut fiat solutio.

Usus : Mania ; œstromania ; blechropyra petechialis.

Dosis : Uncia semis, bis terve de die.

## ALCOHOL CAMPHORATUM.

Syn. *Spiritus vini camphoratus.*

℞. Camphoræ unciam unam—duas.
Alcoholis libram unam.
Misce ut fiat solutio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0192-1
DFG

Usus *externus* : Phlogosis-erythema; morsura insectorum; contusura; subluxatio; distorsio; arthrodynia.

## ÆTHER CAMPHORATUS.

*Vide* ÆTHER.

## AQUA CAMPHORATA.

*Vide* Solutiones.

---

# OLEA ET OLEOSA.

## I. OLEA VOLATILIA.

Syn. *Olea ætherea destillata aut expressa; olea essentialia s. odorifera plantarum.* G. *Huiles volatiles* (*Essences*).

Liquida inflammabilia, volatilia, odoris peculiaris plantæ, fortis penetrantis; saporis acris, aromatici; in alcohole præcipue, pro parte tamen etiam in aqua, solubilia, utplurimum destillatione, quædam etiam expressione, ex plantis integris aut partibus plantarum peculiaribus parata.

*A. OLEA VOLATILIA* destillatione parata.

Plantæ aut partes earum eo anni tem-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0193-7

pore, quo oleo maxime abundant, collectæ recentes, quandoque etiam modice siccatæ, cum aqua destillentur. Quædam macerationem præviam requirunt.

Radices tempore verno; ligna et cortices hyeme; plantæ æstate dum florent aut semina formant; flores dum perfecte explicati sunt; fructus et semina ad maturitatem perducta, colligantur præcipue tempore sicco; dein mox concisæ, et duriores contusæ, cum aqua, aut melius cum aqua quæ antea jam ex eadem planta destillata fuit, ignis gradu mox intenso, ut cito bulliat massa, destillentur. Vegetabilia quæ oleum ponderosius præbent, climatum calidorum præprimis soboles, utiliter cum aqua muriate sodæ saturata, utpote quæ majorem caloris gradum suscipit, destillationi exponuntur. Ignis durante operatione ita dirigatur, ut liquor in excipulum transiens filum formet constantem, et ita continuetur quamdiu liquor transiens colorem turbidum lacteum monstrat. In quibusdam plantis, quæ oleum difficilius largiuntur, convenit præci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0194-3 DFG

pue aquam destillatione ex eadem planta obtentam, separato prius oleo volatili, plantæ denuo affundere et de novo destillare, quæ operatio *Cohobatio* appellatur.

Olea volatilia leviora ex alembico in balneo aquæ; ponderosiora vero ex retorta in balneo arenæ locata, et in utroque casu mediante recipiente Florentino dicto destillare præstat. Si vero Recipiens Florentinus ad manus non sit, oleum mediante infundibulo separatorio vel mediante gossypio vel filtratione simplici per chartam bibulam aqua madefactam ab aqua separetur, et in vasis probe clausis ab accessu radiorum solarium caute usui servetur.

Proportio aquæ ad substantiam destillandam sit quadruplum pondus. Aqua quæ destillatione cum oleo volatili prodit, separato oleo, principio plantæ aromatico impraegnata, in vasis clausis usui servetur.

Hoc modo parantur:

OLEUM VOLATILE Baccarum juniperi communis.

——— ———corticis Laurus-Cinnamomi.

OLEUM VOLATILE corticis Laurus-Sassafras.
—— —— —— flavi fructus Citrus-aurantii.
—— —— florum (petalorum) Citrus-aurantii.
—— —— —— Lavandula-spicæ.
—— —— —— Tanaceti vulgaris.
—— —— foliorum juniperus-sabinæ.
—— —— —— Melissæ officinalis.
—— —— —— Origanum-dictamni.
—— —— —— Rosmarini officinalis.
—— —— —— Rutægraveolentis.
—— —— gummi-resinæ Bubon-galbani.
—— —— herbæ Menthæ cervinæ.
—— —— —— —— crispæ.
—— —— —— —— piperitæ.
—— —— —— —— viridis.
—— —— —— Origanum-majoranæ.
—— —— —— Origani vulgaris.
—— —— radicis Valerianæ officinalis.
—— —— seminum anemthum-Fœniculi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0196-5 DFG

OLEUM VOLATILE seminum Carum-carvi.
——— ——— ———— Cuminum-cymini.
——— ——— ———— Pimpinella-anisi.
——— ——— spicarum Origani cretici.

In India orientali destillatione parantur, et in Europa vulgo venalia prostant:

OLEUM VOLATILE Camphoræ.
——— ——— corticis vel florum Laurus-Cassiæ.
——— ——— ——— Laurus-Cinnamomi.
——— ——— florum caryophilli aromatici.
——— ——— foliorum Melaleuca-leucadendri.
——— ——— integumenti reticularis nuclei Myristicæ moschatæ, vulgo *Oleum macis* dictum.
——— ——— petalorum Rosæ centifoliæ.

VIRTUS oleorum volatilium eadem est ac Plantæ ex qua obtinentur, sed concentrata. In genere: acris; stimulans; calefaciens; carminativa.

USUS idem ac plantarum sed efficacior:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0197-1 DFG

Dyspepsia; colica flatulenta; paralysis etc. *Externus*: Forma linimenti, enematis.

Dosis: Guttæ duæ — sex ad viginti, imo ad triginta cum saccharo aut vehiculo proprio.

## OLEUM VOLATILE BENZOËS.

Oleum ex Balsamo concreto Styrax-Benzoini destillatione acidi Benzoici obtentum, cum aquæ duplo denuo destilla et in vase probe clauso usui serva.

Virtus: Stimulans; resolvens; antispasmodica.

Usus: Arthrodynia; paralysis.

## OLEUM VOLATILE SUCCINI.

Oleum destillatione acidi succinici obtentum cum aquæ sextuplo mixtum, e retorta vitrea denuo destilla et in vase probe clauso usui serva.

Virtus: Stimulans; resolvens; antispasmodica; sudorifica.

Usus *internus*: Spasmi; amenorrhœa. — *Externus* cum oleo olivæ spinæ dorsi etc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0198-7 DFG

affricando : Dialeipyræ; paralyſis; arthrodynia.

Dosis : Guttæ decem — duodecim.

## OLEUM VOLATILE PETROLEI.

Syn. *Naphta Petrolei.*

℞. Petrolei vulgo venalis (e gremio terræ effluentis) libras duas.

Aquæ libras quatuor.

Fiat leni igne deſtillatio, quamdiu oleum limpidum prodit.

Virtus : Stimulans; reſolvens.

Usus *præcipue externus* : Arthrodynia; ecchymoma; diſtorſio tendinis; paralyſis.

## OLEUM VOLATILE TEREBINTHINÆ.

Syn. *Spiritus Terebinthinæ.*

℞. Terebinthinæ vulgo venalis, ex pinu picea vel larice, obtentæ libras duas.

Aquæ libras quatuor.

Fiat leni igne deſtillatio, quamdiu oleum prodit.

*NB.* Quandoque idem oleum denuo deſtillando rectificatur. Maſſa in retorta remanens

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0199-5
DFG

est *Resina pini flava*, vulgo *Terebinthina cocta* appellata.

VIRTUS: Stimulans; diuretica; sudorifica.

USUS *internus*: Arthrodynia aut Myodynia rheumatica. — *Externus*: Arthrodynia aut Myodynia; tumores frigidi; paralysis; vulnera tendinum et membranarum.

DOSIS: Guttæ quatuor — decem, et gradatim ad quinquaginta cum melle, superbibendo decoctum hordei vel althææ.

*NB*. Aqua hoc processu obtenta, separato oleo, utiliter usu interno adhibetur in morbis viarum urinariarum, et cutis, blennorrhœa.

## OLEUM VOLATILE VINI.

℞. Alcoholis concentrati,
Acidi sulfurici ana libram unam.

Caute et gradatim misce et destilla, cavens ne spuma nigra in excipulum transeat. Liquoris destillati partem oleosam separa ab acido sulfuroso, eique adde

Potassæ, in aquæ destillatæ partibus octo dilutæ, quantum satis,

Ut odoris sulfurosi perfecte expers sit;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0200-1 DFG

dein destilla ætherem leni calore. Oleum in retorta remanens et liquori alcalino aquoso supernatans ab eodem separa et usui serva.

Usus *præcipuus* ad parandum ætherem alcoholisatum s. liquorem anodynum mineralem Hoffmanni.

## OLEUM VOLATILE ANIMALE.

Syn. *Oleum animale dippelii; oleum cornu cervi rectificatum.*

℞. Olei animalis fœtidi, destillatione ex ossibus (eodem processu quo carbonas ammoniacæ pyro-oleosus paratur) obtenti, quantum placet.

Infunde cucurbitæ vitreæ, ope infundibuli vitrei longo collo instructi, ne cucurbitæ latera inquinentur. Tum alembico et excipulo probe luto junctis lenissimo igne destilla tamdiu, quamdiu oleum limpidum transit. Oleum hoc sub eadem cautella cucurbitæ novæ infunde, addendo aquæ quadruplum pondus, et applicato alembico et excipulo blando calore denuo destilla et oleum limpidissimum, aquæ instar, pro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0201-7 DFG

diens, mox in lagenulis vitreis exacte clausis et sub aqua demersis, usui serva.

VIRTUS: Excitans; antispasmodica; sudorifica.

USUS *internus*: Epilepsia; hysteria; spasmi et convulsiones ex nimia irritabilitate; dialeipyræ (mox ante paroxismum, præcipue ubi frigoris stadium excedit.) — *Externus*: amaurosis; debilitas partium.

DOSIS: Guttæ quinque—quindecim ad triginta, cum saccharo vel æthere.

*B. OLEA VOLATILIA* expressione parata.

## OLEUM CORTICIS FLAVI FRUCTUS CITRUS-AURANTII expressum.

Hoc oleum obtinetur in regionibus calidis, acu pertundendo et exprimendo corticem flavum fructus citrus-aurantii maturi.

*NB.* Hoc oleum sub nomine: *Oleum seu Essentia Bergamotta*, vulgo venale occurrit; et ab alio supra dicto, ex eodem cortice destillatione obtento, probe distinguendum est, quod in commercio sub nomine: *Essentia de Portugal* venditur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0202-3 DFG

Eodem modo paratur:

## OLEUM CORTICIS FLAVI FRUCTUS CITRI MEDICÆ expressum.

Syn. *Essentia de cedro.*

## OLEUM NUCIS MYRISTICÆ MOSCHATÆ expressum.

Syn. *Oleum nucis moschatæ; oleum nucistæ expressum.*

℞. Nucum Myristicæ moschatæ quantum placet.

In mortario calido in pastam contusas, dein in sacculo cannabino inclusas vapori aquæ bullientis expone, et prelo laminis metallicis, aqua fervida calefactis, exprime oleum.

Virtus: Stimulans; grate odorifera.

Usus *præcipue externus*: Flatulentia; tormina infantum; cephalalgia.

Eodem modo paratur in regionibus calidis:

## OLEUM BACCARUM LAURI NOBILIS expressum.

*NB.* Hoc oleum æque ac præcedens est

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0203-8 DFG

oleum partim fixum seu unguinosum, partim volatile seu æthereum.

VIRTUS : Stimulans; resolvens.

USUS *externus* : Spasmi; colica flatulenta; paralysis; debilitas membrorum; dysecœa; aurium dolor rheumaticus.

## II. OLEA FIXA.

SYN. *Olea unguinosa; olea grassa seu pinguia; olea dulcia; olea expressa plantarum.*

Liquida inflammabilia, gradu caloris aquæ ebullientis non volatilia, nec aqua nec alcohole solubilia, insipida, fatua, inodora.

VIRTUS *in genere* : Emolliens; involvens; relaxans.

USUS *internus* : Nephritis; dysuria; stranguria; raucedo; tussis ab acri; colica spasmodica et plumbea; morbi primarum viarum ex venenis mineralibus. — *Externus forma enematis* : Obstipatio; colica; hæmorrhoïdum tumor dolens; ascarides recti. *Forma linimenti* : Physconia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0204-4 DFG

abdominalis; ascites; contractura; rigiditas articulorum; excoriatio; fissura papillarum, labiorum etc.

Dosis: Drachmæ duæ — quatuor bis terve de die, cum jure carnium vel emulsione aut decocto mucilaginoso calido.

*A. OLEA FIXA* expressione parata.

## OLEUM AMYGDALARUM.

Ex fructibus amygdali communis dulcibus vel amaris decorticatis, contusis et in sacco inclusis, prelo frigide exprime oleum.

*NB.* Hoc oleum facile rancescit, hinc recenter expressum præscribendum est.

Eodem modo parantur:

OLEUM Lini, ex seminibus Lini usitatissimi frigide expressum.

——— Olivarum, ex fructibus Oleæ Europææ frigide expressum.

## OLEUM RICINI.

Ut plurimum ex India occidentali sub nomine: *Oleum Palmæ, Oleum de Palma*

*Christi*, *Oleum de Kerva*, advectum vulgo venale occurrit; et ex seminibus Ricini communis ſollicite decorticatis, expreſſione frigida paratur.

Virtus: Leviter acris; leniter cathartica.

Usus *eximius*: Obstipatio præcipue cum hæmorrhoidum tumore dolente; colica spasmodica, et plumbea; ileus; fæcum retentio in dysenteria; nephritis; vermes.

Dosis: Uncia semis — una ad uncias duas cum jure carnium aut ſucco citri; vel in haustu alcoholis diluti cum saccharo.

## OLEUM CACAO concretum.

Syn. *Butyrum cacao.*

℞. Nucum seu fructuum arboris, Theobroma cacao dictæ, quantum placet.

Leni igne tosti, a corticibus liberati et grossiuscule contusi, dein in vase ferreo super ignem continuo movendo leniter calefacti in saccum cannabinum immittantur, et preli laminis aqua fervida calefactis exprimantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0206-6 DFG

Oleum butyraceum sic obtentum cum aquæ duplo digere in balneo arenæ, donec a fæcibus subsidentibus liberatum sit; dein frigefactum ab aqua separa et usui serva.

Idem oleum etiam obtinetur coctione methodo sequenti.

*B. OLEA FIXA* coctione parata.

## OLEUM butyraceum THEOBROMA-CACAO.

℞. Fructuum Theobroma-Cacao libras duas.

Leviter torrefactos, a cortice mundatos, et in mortario calido contusos leniter coque in

Aquæ libris sedecim,

Donec oleum supernatet, quod, frigefacta dein aqua, concretum colligatur.

Virtus et Usus *idem* ac olei amygdalarum sed gustu gratior. — *Externus* ad fissuras labiorum, et papillarum; varices ani dolentes.

Dosis: Drachma una—tres, cum lacte calido, jure carnium, thea aut coffea.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0207-1 DFG

## OLEUM MATRICARIA-CHAMOMILLÆ.

℞. Florum matricaria-chamomillæ libram unam.

Olei olivarum libras tres.

Coque leni calore ad humiditatis consumptionem; dein exprimendo cola.

Eodem modo paratur:

Oleum coctum foliorum Hyosciami nigri.

Usus *præcipue externus, forma enematis, linimenti*: Colica spasmodica; dolores hæmorrhoidales; dysuria; spasmi.

## III. CERA FLAVA et ALBA.

Purificatæ in commercio vulgo venales occurrunt.

## IV. ADIPES seu AXUNGIÆ.

Olea animalia fixa concreta.

## ADIPO-CERA PHYSETERUM.

Pura, sub nomine improprio *Spermaceti*, vulgo venalis occurrit. Hæc substantia in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0208-7

cavo peculiari in capite supra cranium PHYSETERIS MACROCEPHALI aliarumque Physeteris specierum, forma olei secreta et collecta, accessu aëris in formam solidam concrescit aut crystallisatur.

## AXUNGIA PORCINA PURIFICATA.

SYN. *Adeps suilla curata; adipis suillæ præparatio.*

℞. Adipis suillæ quantum placet.

In frustula concisam aqua lava, et cum pauxillo aquæ leni igne liqua; deinde colando à membranis separa.

VIRTUS: Emolliens.

USUS *præcipuus:* Pro parandis variis unguentis et emplastris.

Eodem modo purificatur:

SEVUM OVILLUM.

## BUTYRUM.

Ex lacte vaccino arte obtentum vulgo venale occurrit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0209-6

# ALCOHOL ET ALCOHOLISATA.

## ALCOHOL.

Syn. *Spiritus vini; spiritus vini rectificatus.*

℞. Alcoholis diluti, sub nomine: *Spiritus vini communis* vel *aqua vitæ*, vulgo venalis, (ex vino, fæcibus vini, vino pomaceo aliorumque fructuum; aut ex seminibus Tritici, Secalis, Hordei, Avenæ, Oryzæ aliisque vegetabilibus; vel ex succo sacchari officinalis expresso, fermentatione vinosa et subsequente destillatione obtenti) quantum placet.

Destilla leni caloris gradu (90 ad 100 th. Fahr. vel 26 ad 30° th. Reaum.) in balneo arenæ, ex vesica vitrea vel metallica stanno probe obducta, per alembicum stanneum ad medietatem et usui serva.

Ejus gravitas specifica ad aquam destillatam est ut 835 ad 1,000; ejusque partes centum continent alcoholis partes nonaginta quinque et aquæ partes quinque. Aërometer

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0210-7 DFG

Baumeanus eidem sub gradu 58 th. Fahr. vel 10° th. Reaum. immersus notet gradus 36.

## ALCOHOL CONCENTRATUM.

Syn. *Spiritus vini rectificatissimus; alcohol purum.*

℞. Alcoholis, processu mox dicto obtenti, libras duodecim.

Sulfatis calcis usti libram unam.

Misce et decanta; vel si placet destilla, et liquorem ab aqua omni perfecte liberum usui serva.

Ejus gravitas specifica ad aquam destillatam est ut 815 ad 1,000 ( seu potius ut 8,293 ad 10,000 ); hinc vas quod unciam unam aquæ destillatæ continet, alcoholis concentrati drachmas sex et grana quadraginta octo continere debet. Aërometer Baumeanus eidem immersus in temperatura 55° th. Fahr. seu 10° th. Reaum. notet gradus 39.

Virtus: Stimulans; cardiaca.

Usus utriusque pro menstruo ad præparata et composita pharmaceutica varia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0211-2

## ALCOHOL DILUTUM.

Vulgo sub nomine : *Spiritus vini tenuis.* (G. *Eau de vie.* Ge. *Brandwein.* A. *Brandy.*) Graduum 22 — 23 Aërometri Baumeani venale occurrit.

*Vel melius :*

℞. Alcoholis partes quinquaginta quinque.
Aquæ destillatæ partes quadraginta quinque.

*Vel :*

℞. Alcoholis concentrati,
Aquæ destillatæ ana partes æquales.
Misce.

Ejus gravitas specifica ad aquam destillatam sit ut 930 ad 1,000 (seu potius ut 8,37 ; ad 10,000.)

Usus *internus* : Morbi atonici; podagra retrocedens, atonica ; dyspepsia ; Blechropyræ. — *Externus forma balnei* : Blechropyræ ; debilitas generalis. *Forma fotus* : Ecchymoma ; varices ani. — Linteis frequenter applicatum tumores phlogisticos mire refrigerat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0212-8

## ALCOHOLA AROMATISATA.

SYN. *Spiritus stillatitii seu aromatisati seu abstractitii; aquæ spirituosæ; aquæ vinosæ; aquæ destillatæ cum vino.*

Obtinentur in genere, destillando (in alembico duplici fundo instructo, intersticio aqua repleto ad evitandum empyreuma) alcohol cum plantis aut earum partibus odoriferis vel aromaticis, aut, loco plantarum, cum oleis earum volatilibus. Si alembicus duplici fundo instructus ad manus non est, aquæ quantitas sufficiens addi debet alcoholi ante destillationem, ut empyreuma vitetur.

Si olei volatilis pars abundans alcoholi destillato supernatat, ab eodem ope gossypii vel infundibuli separatorii aufertur.

*NB.* Alcohol aromatisatum quodcunque ex tempore quoque facile paratur sine destillatione, miscendo guttas septem — decem olei volatilis plantæ desideratæ cum alcoholis libra una.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0213-4 DFG

## ALCOHOL CAMPHORATUM.

*Vide* Camphora.

## ALCOHOL MENYANTHIS TRIFOLIATÆ.

Syn. *Spiritus trifolii fibrini.*

℞. Herbæ recentis Menyanthis trifoliatæ concisæ libras duodecim.
Alcoholis libras sex.
Aquæ libras tres.

Destilla igne moderato libras sex.

Liquorem sic obtentum affunde

Herbæ ejusdem recentis libris duodecim, et adde

Aquæ libras duas.

Destilla ut antea libras sex, et liquorem in vase probe clauso usui serva.

Usus: Dyspepsia; gastrodynia. — Item pro paranda Tinctura ejusdem plantæ.

Dosis: Drachma una ad unciam unam.

Eodem modo paratur:

Alcohol herbæ Cochleariæ officinalis.
——— ——— Menthæ piperitæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0214-0 DFG

ALCOHOL herbæ Menthæ Viridis.

——— ——— ——— Cervinæ.

——— ——— Thymus-Serpylli.

——— Florum Lavandula-spicæ.

——— Foliorum Rosmarini officinalis.

——— Seminum Carum-Carvi.

## ALCOHOL MYRTUS-PIMENTÆ.

SYN. *Spiritus Pimentæ.*

℞. Baccarum Myrtus-Pimentæ contusarum libram unam.

Alcoholis libras quatuor.

Macera per viginti quatuor horas et adde

Aquæ libras tres.

Destilla libras quatuor.

VIRTUS: Grate aromatica; stimulans; cardiaca.

Eodem modo paratur:

ALCOHOL corticis fructus Citrus-Aurantii.

——— ——— Laurus-Cassiæ.

——— ——— Laurus-Cinnamomi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0215-6 DFG

## ALCOHOL ANGELICÆ COMPOSITUM.

SYN. *Spiritus theriacalis; spiritus angelicæ compositus*. Ph. B.

℞. Radicis Angelicæ Archangelicæ libram unam.

Herbæ Teucrium-scordii libram semis.

Radicis Valerianæ officinalis,

Baccarum juniperi communis ana uncias tres.

Alcoholis libras sex.

Aquæ libras tres.

Destilla libras sex, eisque adde

Camphoræ unciam unam semis.

In vase clauso usui serva.

VIRTUS: Stimulans; diuretica; sudorifica; antispasmodica.

USUS: Morbi spasmodici; asthenia; dyspepsia.

DOSIS: Guttæ triginta — octoginta.

## ALCOHOL ANISI COMPOSITUM.

SYN. *Spiritus anisi compositus*. Ph. L.

℞. Seminum Pimpinella-Anisi,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0216-1
DFG

Seminum Angelicæ Archangelicæ contusorum ana libram semis.

Alcoholis libras quatuor.

Aquæ libras duas.

Destilla libras quatuor.

VIRTUS : Cardiaca.

USUS : Dyspepsia; flatulentia.

DOSIS : Guttæ triginta — octoginta.

## ALCOHOL AROMATISATUM COLONIENSE.

G. *Eau de Cologne.*

℞. Olei volatilis florum Citrus-aurantii,

—— —— corticis flavi fructus Citrus-aurantii expressi,

—— —— —— flavi Citri medicæ expressi,

—— ——herbæ Origanum-majoranæ,

—— —— florum Lavandula-spicæ,

—— —— foliorum Rosmarini officinalis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0217-7 DFG

Olei volatilis corticis flavi fructus Citrus-
aurantii destillati, ana drachmam unam semis.

——— ——— ——— Laurus-Cinnamomi guttas quatuor.

Substantiæ unguinosæ, ZIBELHUM dictæ, grana tria.

Ambræ griseæ grana duo.

Alcoholis libras quatuor cum dimidia.

Mixta digere per mensem unum alterumve; dein in vase probe clauso usui serva.

## ALCOHOL COCHLEARIÆ COMPOSITUM.

SYN. *Spiritus Raphani compositus.* Ph. L.

℞. Radicis Cochleariæ armoraciæ,

Corticis flavi fructus Citrus-Aurantii ana libras duas.

Herbæ Cochleariæ officinalis recentis libras quatuor.

Nucis Myristicæ moschatæ pulv. unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0218-3
DFG

Alcoholis libras sedecim.

Aquæ libras quatuor.

Destilla igne moderato libras sedecim.

VIRTUS: *Stimulans; diuretica;* antiscorbutica.

USUS: Paralysis (in temperamento phlegmatico); hydrops; scorbutus.

DOSIS: Uncia semis — una.

## ALCOHOL JUNIPERI COMPOSITUM.

SYN. *Spiritus juniperi compositus.* Ph. L.

℞. Baccarum juniperi communis libram unam.

Seminum Carum-Carvi,

——— Pimpinella - Anisi ana unciam unam semis.

Contusa macera per viginti quatuor horas; dein adde

Alcoholis libras sex.

Aquæ libras duas.

Destilla libras sex.

VIRTUS: Carminativa; diuretica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0219-1 DFG

Usus: Dyspepsia; colica flatulenta; hydrops.

Dosis : Drachmas duas — quatuor.

## ALCOHOL MELISSÆ COMPOSITUM.

Syn. *Spiritus Carmelitarum.*

℞. Nucis Myristicæ moschatæ unciam unam.
Seminum Coriandri sativi uncias quatuor.
Corticis Laurus-cinnamomi.
Radicis Angelicæ Archangelicæ ana unciam semis.
Florum caryophilli aromatici unciam unam.
Pulverisatis adde,
Corticis flavi fructus citri medicæ recent. uncias duas.
Aquæ Melissæ officinalis libras duas.
Alcoholis —— ——— libras quatuor.

Digere leni calore per octiduum, et abstractum liquorem in vase probe clauso usui serva.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0220-2 DFG

# AMMONIACA ET ACIDA ALCOHOLISATA.

## ALCOHOL AMMONIACATUM.

Syn. *Spiritus salis ammoniaci vinosus seu dulcis; ammoniaca alcoholisata; spiritus ammoniæ.* Ph. L. *Liquor ammonii vinosus.* Ph. B.

℞. Alcoholis uncias triginta duas.
Ammoniacæ uncias quatuor.

*Vel:*

℞. Alcoholis concentrati partes duas.
Ammoniacæ partem unam.
Misce et in vitro probe clauso usui serva.

*Vel:*

℞. Muriatis ammoniacæ libram unam.
Carbonatis potassæ libras duas.
Alcoholis diluti libras sex.
Destilla leni igne libras tres.

Virtus: Stimulans volatilis; nervina.

Usus: Morbi atonici; paralysis; lethargus;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0221-8 DFG

epilepsia; hysteria. — Item pro parandis tincturis variis.

Dosis: Guttæ decem — viginti — quadraginta (pro ratione præparationis varia) in vehiculo aquoso vel vinoso.

## ALCOHOL AMMONIACATUM AROMATISATUM.

Syn. *Spiritus salinus aromaticus; spiritus volatilis aromaticus; spiritus ammoniæ aromaticus.* Ph. E. *Spiritus ammoniæ compositus.* Ph. L.

℞. Carbonatis ammoniacæ uncias sex.
Alcoholis libras duas.
Misce sæpius agitando; dein adde
Olei volatilis Nucis myristicæ moschatæ,
——— ——— corticis flavi fructus Citri medicæ ana drachmas duas cum dimidia.

Ut fiat solutio oleorum. Liquorem in vase probe clauso usui serva.

Virtus *et* Usus idem ac præcedentis, sed magis calefaciens.

Dosis eadem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0222-4 DFG

## ACIDUM MURIATICUM ALCOHOLISATUM.

Syn. *Spiritus salis dulcis ; alcohol muriaticatum.*

℞. Acidi muriatici oxygenati uncias tres.
Alcoholis concentrati uncias duodecim.

Misce caute et gradatim, et digere vel destilla leni igne, ut intime jungantur.

Virtus : Antiseptica; diuretica; excitans; antispasmodica.

Usus *internus* : Blechropyræ; spasmi. *Externus* : Ulcera oris, faucium.

Dosis : Guttæ quadraginta—sexaginta, in vehiculo proprio de die.

## ACIDUM NITRICUM ALCOHOLISATUM.

Syn. *Spiritus nitri dulcis ; alcohol nitricatum ; acidum nitri vinosum.* Ph. E. *Spiritus nitrico-œthereus.* Ph. B.

℞. Alcoholis uncias triginta duas.
Immitte in vas aqua frigida circumdatum, et affunde gradatim sæpius agitando

Acidi nitrici uncias sex — octo.

Lenissimo igne in balneo aquæ, juncto excipulo amplo nive vel aqua frigida circumdato, caute destilla uncias duodecim. Liquorem destillatum denuo destilla; dein in vase probe clauso usui serva.

Virtus: Sedativo-refrigerans; diuretica.

Usus: Colica flatulenta; icterus.

Dosis: Guttæ viginti ad sexaginta, sæpius de die in vehiculo proprio.

*NB.* Destillatio in balneo aquæ bullientis impedit, ut nihil nisi acidum alcoholisatum in excipulum transeat: Acidum liberum hoc gradu caloris ascendere nequit.

## ACIDUM SULFURICUM ALCOHOLISATUM.

Syn. *Spiritus vitrioli dulcis; elixir acidum* Halleri; *Aqua* Rabelii; *Alcohol sulfuricatum; acidum vitriolicum vinosum.* Ph. E.

℞. Acidi sulfurici libram unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0224-5 DFG

Affunde caute et paulatim ita, ut ad latera vasis vitrei defluat,

Alcoholis concentrati libram unam.

Digere frigide per viginti quatuor horas.

Virtus: Antizymica; roborans.

Usus: Dyspepsia, flatulentia, pyrosis; erethismus; ataxia.

Dosis: Guttas decem — triginta, in haustu aquæ vel vini albi generosi bis terve de die.

---

# ÆTHER ET ÆTHEREA.

## ÆTHER ACETICUS.

Syn. *Naphtha Aceti.*

℞. Acetatis Potassæ vel Sodæ siccati uncias octo.

In retortam vitream immissis affunde

Miscellam prævie paratam ex

Acidi sulphurici unciis tribus, et

Alcoholis concentrati unciis sex.

Leni igne destilla uncias sex.

Liquori destillato adde

Carbonatis potassæ liquidi unciam semis.

Ætherem acido omni hoc modo privatum supernatantem mox decanta, et in vase probe clauso usui serva.

## ÆTHER ACETICUS ALCOHOLISATUS.

Syn. *Liquor anodynus vegetabilis.*

℞. Ætheris acetici unciam unam.
Alcoholis uncias duas.
Misce.

Virtus, Usus *et* Dosis eadem ac Ætheris Sulfurici.

## ÆTHER ACETICUS FERRATUS.

Syn. *Tinctura ferri acetici ætherea* (Klaproth).

℞. Acetatis ferri liquidi uncias novem.
Ætheris acetici alcoholisati uncias tres.
Misce.

Usus *et* Dosis eadem ac ætheris sulfurici ferrati.

## ÆTHER MURIATICUS (Brugnatelli).

℞. Muriatis potassæ oxygenati uncias decem.

Alcoholis concentrati uncias quinque.

Misce et affunde paulatim

Acidi sulfurici uncias quinque.

Digere frigide per noctem; dein ætherem supernatantem decanta et in vase clauso usui serva.

*NB.* Si acido sulfurico inquinatus sit, adde portionem muriatis oxygenati potassæ pulverisati et filtra; aut cum portione potassæ liquidæ lento igne destilla.

*Vel methodo* WENZEL:

℞. Muriatis stibii oxygenati partem unam.

Affunde caute et gradatim

Alcoholis concentrati partes duas.

Dein adde

Calcis (vel Carbonatis calcis) pulv. partem unam.

Probe mundato collo retortæ et juncto per lutum crassum excipulo, relinque massam per octiduum; dein leni igne destilla.

VIRTUS, USUS *et* DOSIS eadem fere ac ætheris sulfurici.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0227-3 DFG

## ÆTHER NITRICUS.

Syn. *Naphtha Nitri.*

℞. Nitratis potassæ fusi pulv. libras sex.

Immitte in retortam vitream tubulatam cum apparatu destillatorio *Woulfiano* probe luto juncto et tubulis securitatis *Weltheri* instructo; dein gradatim adde per tubum recurvatum tubulo retorta adaptatum miscellam prævie pro hoc usu paratam ex

Acidi sulfurici et
Alcoholis ana libris tribus.

Tunc demum ignem lenissimum sub retorta administra et destilla. In excipulo primo et secundo sic colligitur æther nitricus, in tertio et quarto æther nitricus alcoholisatus; quintum aqua ad medietatem repletum tenetur.

*NB.* Lutum optimum pro hoc apparatu est pasta post expressionem olei lini remanens aqua humectata.

*Vel methodo* Black:

℞. Acidi nitrici libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0228-9 DFG

Immitte in phialam amplam; dein caute et lente adde

Aquæ destillatæ libras duas,

Ita ut secundum latera vasis lente descendat. Sic supernatabit acido; dein eodem modo affunde lente et caute

Alcoholis concentrati libras tres,

Quod supernatabit aquæ. Hi tres liquores ita separati seponantur in loco frigido. Acidum gradatim per aquam ascendit (aqua ut limes agit impediens subitam acidi et alcoholis inter se actionem) seque cum alcohole jungens, ætherem nitricum alcoholisatum constituit sine periculo explosionis.

Virtus: Sedativo-refrigerans; antispasmodica; diaphoretica; diuretica.

Usus: Morbi flatulenti, spasmodici.

Dosis: Guttæ viginti — sexaginta in vehiculo.

## ÆTHER NITRICUS ALCOHOLISATUS.

℞. Ætheris nitrici,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0229-7 DFG

Alcoholis concentrati, ana partes æquales.

*Vel:*

℞. Ætheris nitrici partem unam.
Alcoholis concentrati partes duas.
Misce.

## ÆTHER SULFURICUS.

SYN. *Æther vitriolicus; æther seu Liquor* MANCHINI; *Liquor* FROBENII; *Naphtha vitrioli.*

℞. Alcoholis concentrati libras sex.
Affunde paulatim in retorta vitrea
Acidi sulfurici libras sex.

Pone super balneum arenæ calefactum, et luto junge excipula duo ampla, quorum primum vasi terreo, aqua frigidissima vel glacie semper pleno, immersum sit. Igne caute admoto prodit primo alcohol odore suaveolenti; et sequitur mox forma striarum, quamprimum massa in retorta ebullire incipit, æther. Dum striæ formari cessant, sequitur oleum vini, et ad finem demum acidum sulfurosum. Illico ergo, dum striæ formari desinunt, apparatum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0230-8 DFG

separa, et liquori in retorta remanenti affunde

Alcoholis concentrati libras duas.

Continua destillationem ut ante. Hæ destillationes hoc modo sæpius repeti possunt, additis successive alcoholis libris quindecim; et sic ætheris boni libræ decem obtinentur.

Si ætheris sic obtenti unciis triginta duabus additur potassæ liquidæ uncia una, et agitata probe massa destilletur lenissimo ignis gradu in balneo arenæ, acidum sulfuricum vel sulfurosum ætheri adhærens potassæ sese jungit, et æther purus prodit in excipulum, cujus media pars primo prodiens est æther purissimus, qui separatim servari potest.

Gravitas specifica ætheris sulfurici puri ad aquam destillatam est ut 732 ad 1,000.

Virtus : Excitans volatilis; sedativa; antispasmodica; diaphoretica; potenter diuretica.

Usus *internus* : Spasmi; convulsio; epi-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0231-4 DFG

lepsia; hysteria; hypochondriasis; cephalæa, cardialgia ex podagra atonica; arthrodynia arthritica vel rheumatica; paralysis; asthenia generalis; dolor nervosus; vomitus nervosus; singultus; pertussis; morbi ventriculi et intestinorum flatulenti, spasmodici.—*Externus:* Odontalgia; cephalalgia aliique dolores rheumatici et spasmodici, humectando æthere linteum ejus magnitudinis ut palma manus tegi possit, quo pars illico tegitur premendo fortiter ita ut evaporatio ejus impediatur, et tenendo sic per duo aut tria minuta (Ward).

Dosis: Guttæ sex—decem—viginti, in haustu emulsionis camphoratæ, vel cum saccharo, vino aut alcohole.

## ÆTHER SULFURICUS ALCOHOLISATUS.

Syn. *Liquor anodynus mineralis* Hoffmanni; *Spiritus ætheris vitriolici* Ph. E.; *Spiritus sulphurico-æthereus* Ph. B.; *Spiritus æthereus; spiritus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0232-0 DFG

*æthereus vitriolatus ; spiritus vitrioli dulcis.*

℞. Ætheris sulfurici partem unam.
Alcoholis concentrati partes tres.
Misce agitando et in vase probe clauso usui serva.

*Vel melius :*

℞. Ætheris sulfurici,
Alcoholis concentrati ana partes æquales.
Misce.

Virtus *et* Usus idem ac ætheris sulfurici.

Dosis : Guttæ octo — triginta, sæpius de die cum vehiculo.

## ÆTHER ALCOHOLISATUS
ad modum Fr. Hoffmanni.

Syn. *Liquor anodynus mineralis* Hoffmanni ; *Spiritus ætheris vitriolici compositus.* Ph. L.

℞. Ætheris sulfurici libras duas.
Olei vini volatilis drachmas tres — quatuor.
Misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0233-5 DFG

*NB.* Hæc videtur esse genuina liquoris anodyni mineralis a F. Hoffmanno inventi præparatio; nam auctor dicit sese eum ex spiritu vitrioli dulci et oleo aromatico, post eundem in excipulum transeunte, parasse.

## ÆTHER SULFURICUS CAMPHORATUS.

Syn. *Æther camphoratus; solutio camphoræ ætherea; liquor nervinus.*

℞. Ætheris sulfurici (vel ætheris sulfurici alcoholisati) uncias tres.
Camphoræ scrupulos sex.
Misce ut fiat solutio.

Virtus: Eximia sedativa; antispasmodica.

Usus: Cardialgia spasmodica; præcipue ex podagra atonica; vomitus spasmodicus; singultus; dolor nervosus.

Dosis: Guttæ decem — quindecim cum saccharo aut alcohole; et in cardialgia aut asthmate podagricis uncia dimidia per se, vel cum vehiculo proprio bis terve de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0234-1

## ÆTHER SULFURICUS FERRATUS.

Syn. *Tinctura nervina* Hallensis; *Tinctura tonico-nervina; tinctura aurea.*

℞. Muriatis ferri liquidi unciam unam.
Affunde
Ætheris sulfurici uncias duas.

Relinque per quadrantem horæ, quo elapso æther ferro impraegnatus et acido supernatans caute decantetur, et sic per se, vel si placet mixtus cum
Alcoholis concentrati uncia una semis
In vase probe clauso usui servetur.

*Vel methodo* Iuch:

℞. Ætheris sulfurici uncias duas.
Ætheris sulfurici alcoholisati uncias sex.
Mixta affunde bene agitando
Oxydi ferri rubri unciæ uni.

Digere per plures dies frigide; dein decanta liquorem et in vase probe clauso usui serva.

Usus: Spasmi, aliique nervorum morbi asthenici.

Dosis: Guttæ quindecim ad quadraginta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0235-7

# GAZA.

Fluida elastica, aëra.

## GAZ OXYGENIUM.

Oxygenium principio calorico unitum.

Syn. *Aër vitalis s. purus, s. dephlogisticatus.*

Atmosphæra constat hujus gazis part. 27, et gazis azotici part. 73.

℞. Oxydi manganesii nigri quantum placet.

Expone in retorta vitrea igni ut humidum æque ac aër atmosphericus ei adhærens abigantur; dein collum retortæ cum excipulo amplo aut camera plumbo obducta luto sollicite junge, et ignem gradatim auge ut massa incandescat. Camera aëre atmosphærico antlia pneumatica prævie evacuetur, vel initio operationis per aliquot temporis spatium aëri exitus permittatur.

Usus hujus gazis pulmonibus inflati: Asphyxia suspensorum, submersorum et vapore carbonum aut alio fluido elastico nocivo vita apparenter privatorum. — Inspiratio hujus gazis nuper etiam laudata fuit in asthmate aliisve morbis pulmonum atonicis.

## GAZ AZOTICUM s. NITROGENIUM.

Azotum principio calorico junctum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0236-3 DFG

## GAZ AZOTICUM s. NITROGENIUM.

Azotum principio calorico junctum.

## GAZ AZOTICUM OXYGENATUM.

Obtinetur exponendo igni in vase vitreo Nitratem ammoniacæ.

Virtus : Exhilarans, actionem systematis muscularis augens.

Usus *inspirando* : Asthenia muscularis; paralysis; asthma?

## GAZ HYDROGENIUM.

Hydrogenium principio calorico junctum.

Syn. *Aër inflammabilis ; gaz inflammabile.*

## GAZ HYDROGENIUM SULFURATUM.

Gaz hydrogenium portionem sulphuris solutam tenens.

Syn. *Aër hepaticus.*

Obtinetur decompositione aquæ mediante sulfureto alcalino aut calcareo.

Usus ad aquas minerales sulfuratas arte parandas.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0237-8 DFG

## GAZ HYDROGENIUM CARBONATUM s. HYDRO-CARBONATUM.

Gaz hydrogenium portionem carbonis solutam tenens.

Obtinetur instillando aquam in carbones ardentes vase clauso in apparatu proprio ab amico meo J. Watt invento et descripto. (Vide *Supplement to the Description of a pneumatic apparatus. Birmingham*, 1796.)

Usus *moderatus et cautus inspiratione*: Hæmoptysis; tabes pulmonalis ulcerosa; catarrhus; tussis ab acri; pneumonitis.

*NB.* Incaute aut diutius inspirando, apoplexiam et mortem inducit.

## GAZ ACIDUM CARBONICUM.

Acidum carbonicum calorico unitum.

Syn. *Aër fixus; acidum aëreum.* Bergm.
*Aër mephiticus, Mofetta quorundam.*

*Vide* Acidum Carbonicum.

Usus: Ad aquas minerales acidulas, acidulo-alcalinas et acidulo-ferrugineas parandas. — Item ad alcalia hoc acido saturanda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0238-4 DFG

# AQUA ET AQUOSA.

## I. AQUA PURIFICATA.

Aqua communis simpliciter filtrando, vel coquendo prævie et dein filtrando per saccum densum cannabinum, pulvere carbonum probe repletum, purificata usui servetur.

## AQUA DESTILLATA.

℞. Aquæ fontanæ ( rivalis vel putealis ) quantum placet.

Ex vasis vitreis vel stanneis, aut stanno probe obductis, mundissimis igne moderato fiat destillatio, donec circiter duæ tertiæ partes destillaverint. Aqua sic obtenta aëri per aliquot dies exponatur, vel in apparatu proprio cum aëre probe agitata usui servetur.

## II. AQUÆ MINERALES.

## AQUA BARYTÆ.

℞. Barytæ unciam unam.

Aquæ destillatæ libram unam.

Misce et digere per decem horas agitata sæpius massa; dein cola et in vase clauso usui serva.

Usus *præcipuus* ad examinandas aquas minerales.

## AQUAS CALCIS.

℞. Calcis recenter ustæ libram semis.

Vasi figulino immitte et aquæ unciis quatuor asperge. Calx vase clauso incalescit et in pulverem delabitur; dein eidem affunde

Aquæ libras duodecim.

Agitando calcem cum aqua permisce. Postquam subsedit calx, itera agitationem, idque fiat decies circiter, occluso semper vase ut liberior aëris accessus arceatur. Tandem cola aquam per chartam in infundibulo operto positam, et in lagenis probe clausis usui serva.

Virtus: Alcalina; antacida.

Usus *internus*: Morbi ex acido primarum viarum, morbi quidam cutanei; phthysis? hydrops? diabetes? *Externus*: Ulcera

crurum inveterata; Phlogosis-erythema, præcipue ex ambustione aut punctura insectorum.

## AQUA MARINA ARTEFACTA.

℞. Aquæ libras quinquaginta.

Muriatis sodæ uncias decem.

——— magnesiæ drachmas decem.

——— calcis uncias duas.

Sulfatis sodæ,

——— magnesiæ, ana drachmas sex.

Misce.

Usus *pro balneis marinis artificialibus, frigidis vel calidis* : Scrophula aliive morbi systematis lymphatici; debilitas systematis arteriosi.

## AQUA MINERALIS ACIDULA.

Aquam Selteranam æmulans.

℞. Aquæ puræ libras quinquaginta.

Carbonatis calcis drachmas duas.

——— magnesiæ unciam unam.

——— sodæ drachmas sex.

Muriatis sodæ unciam unam semis.

Trajice per solutionem in apparatu proprio

Gazis acidi carbonici pollices cubicos 909 ad 1,000.

## AQUA MINERALIS ALCALESCENS.

Aquam CAROLINAM, BORSETANAM etc. æmulans.

℞. Aquæ puræ libras duodecim.

Sodæ unciam unam semis.

Immitte in apparatum vitreum à doctore NOOTH inventum (vel alium quemcunque huic scopo proprium) et gaz acidum carbonicum, ex carbonate calcis mediante acido muriatico elicitum, transire coge per solutionem alcalinam, donec eodem supersaturata sit. Aquam sic paratam in vasis probe clausis usui serva.

USUS: Calculus viarum urinariarum; podagra; morbi ex metastasi lactea; morbi ex acido primarum viarum orti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0242-5 DFG

## AQUA MINERALIS CATHARTICA.

Aquam Epsomensem, Sedlitzensem, Seidschützensem etc. æmulans.

℞. Aquæ puræ *libras* quadraginta octo.
Sulfatis magnesiæ (vel Sulfatis sodæ) uncias triginta sex.
Magnesiæ drachmas duas.
Misce.

Virtus: Cathartica; deobstruens.

## AQUA MINERALIS FERRATA.

Aquam Spadanam, Pyrmontanam etc. æmulans.

℞. Aquæ puræ libras quinquaginta.
Carbonatis calcis drachmas quinque.
——— magnesiæ drachmas decem.
Oxydi ferri nigri drachmas duas.
Sulfatis magnesiæ drachmas sex.
Muriatis sodæ drachmam unam.
Trajice per solutionem in apparatu proprio
Gazis acidi carbonici pollices cubicos mille.
Misce.

## AQUA MINERALIS SULFURATA.

Aquam Aquisgranensem, Baregianam etc. æmulans.

℞. Aquæ puræ libras quadraginta.
Carbonatis calcis drachmas quinque.
——— sodæ drachmas decem.
Muriatis sodæ drachmas septem.
Gazis acidi carbonici,
——— hydrogenii sulfurati, ana pollices cubicos 900 ad 1,000.

Aquæ in vase stanneo probe calefactæ addantur ingredientia; dein gaze acido carbonico æque ac gaze hydrogenio sulfurato, mediante apparatu proprio, probe impraegnetur.

Virtus: Diaphoretica; antacida; deobstruens.

Usus: Morbi cutis; myodynia; arthrodynia rheumatica vel arthritica; paralysis; morbi chronici rebelles.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0244-7 DFG

## AQUÆ DESTILLATÆ.

SYN. *Aquæ destillatæ simplices ; aquæ stillatitiæ ; aquæ aromatisatæ.*

Parantur destillando plantas vel plantarum partes varias cum aqua simplici vel cum aqua muriate sodæ impraegnata. Aqua sic obtenta sæpe etiam, ut principiis plantæ volatilibus ditior evadat, de novo cum planta recente destillatur, quæ operatio *Cohobatio* appellatur. Obtinentur etiam aquæ hæ eodem processu quo alcohol plantarum variarum methodo supra descripto obtinetur, præcipue si operatio destillationis fit ex alembico duplici fundo instructo, implendo, ad cavendum empyreuma, spatium intermedium aqua simplici, vel melius, ut gradus caloris augeatur, aqua muriate sodæ saturata; et continuando sic, postquam alcohol aromatisatum omne in excipulum transiit, destillationem aquæ.

Plantæ aut plantarum partes, ubi siccæ adhibentur, ante destillationem per viginti quatuor horas in aqua destillata macerari debent.

Singulis harum aquarum libris adde

alcoholis ex eadem planta destillati unciam dimidiam vel integram, easdemque in vasis probe clausis usui serva.

Eodem modo ex tempore parari possunt aquæ aromatisatæ variæ addendo aquæ destillatæ alcohol ejusdem plantæ destillatum, aut oleum volatile ejusdem plantæ alcohole solutum.

## AQUA AROMATICA COMPOSITA.

℞. Herbæ Salviæ officinalis uncias octo.
——— Rosmarini officinalis,
——— Menthæ piperitæ,
Florum Lavandula - spicæ ana uncias quatuor.
Seminis Anethum-Fœniculi,
Corticis Laurus-cassiæ ana uncias duas.
Concisis et contusis affunde
Alcoholis libras quatuor.
Aquæ quantum satis.

Macera per viginti quatuor horas; dein destillando elice libras duodecim.

VIRTUS: Stimulans; aromatica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0246-8 DFG

## AQUA CERASORUM.

℞. Cerasorum nigrorum sylvestrium recentium una cum nucleis contusorum libras decem.

Aquæ quantum satis.

Destillando elice libras viginti.

Eodem modo paratur:

Aqua fructus Rubi idæi.

## AQUA CHAMOMILLÆ.

℞. *Florum* Matricaria-Chamomillæ siccatorum libras duas.

Aquæ quantum satis.

Destillent libræ viginti.

Eodem modo paratur:

Aqua florum Pruni spinosæ.

——— ——— Tiliæ Europææ.

——— corticis Laurus-Cinnamomi.

——— ——— Laurus-Cassiæ.

——— herbæ Hyssopi officinalis.

——— ——— Dracocephali Canariensis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0247-4 DFG

Aqua herbæ Melissæ officinalis.
——— ——— Menthæ piperitæ.
——— ——— Menthæ pulegii.
——— ——— Menthæ crispæ.
——— ——— Menthæ viridis.
——— ——— *Menthæ cervinæ.*
——— ——— Rutæ graveolentis.
——— ——— Salviæ officinalis.
———seminum Apium-Petroselini.

Ex his præstat Aqua Dracocephali Canariensis *loco* aquæ Melissæ; et Aqua Menthæ cervinæ *loco* aquæ Pulegii.

## AQUA FŒNICULI.

℞. Seminis Anethum-Fœniculi contusi libram unam.
Aquæ quantum satis.
Destillando eliciantur libræ viginti.

*NB.* Oleum volatile supernatans auferatur.

Eodem modo paratur:

Aqua seminum Pimpinella-Anisi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0248-0 DFG

AQUA baccarum Juniperi communis.

——— ———— Myrtus-Pimentæ.

## AQUA LAURO-CERASI.

℞. Foliorum recentium Prunus-Lauroce-rasi libras duas.
Aquæ quantum satis.
Destillando e retorta vitrea eliciantur libræ tres.

VIRTUS: Narcotica; antispasmodica.

USUS: Carcinoma; scirrhus; physconia hepatis; phthysis; dysuria.

DOSIS: Guttæ triginta—quadraginta bis die.

## AQUA ROSÆ.

℞. Petalorum Rosæ centifoliæ vel Damascenæ recentium libras quatuor.
Muriatis sodæ libram unam.
Aquæ quantum satis.
Destillando eliciantur libræ viginti.

Eodem modo paratur:

AQUA florum et petalorum CITRUS-AURANTII vulgo *Aqua Naphæ* dicta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0249-8 DFG

# EXTRACTA.

Diversæ plantarum partes in aqua solubiles decoctione aut infusione, vel simplici expressione et subsequente evaporatione, in massam plus minusve mollem inspissatæ.

VIRTUS *et* USUS idem ac simplicium unde sumuntur, sed *concentrata*.

DOSIS : Drachma una—duæ, sæpius de die.

## A. EXTRACTA decoctione paranda.

Plantæ, principium fixum amarum vel adstringens continentes, solæ huic scopo idoneæ sunt. *Principium volatile* quodcunque oleosum, acre, camphoratum, narcoticum etc. hac operatione perditur.

Substantiæ huic fini inservientes inciduntur, contunduntur et aquæ octuplo per mediam aut integram horam leniter coquuntur; dein per pannum laneum filtratus liquor in vase ferreo, stanneo aut argenteo simplici, vel melius ad cavendum empyreuma, in vase fundo duplici instructo ejusque spatio intermedio solutione muriatis sodæ aquosa

repleto, super ignem evaporatur, continuo movendo massam spatula lignea, vitrea vel argentea, donec consistentiam debitam acquisiverit.

Hoc modo paratur:

EXTRACTUM corticis Cinchonæ officinalis.
——— ——— Salicis pentandræ.
——— ——— Vitulinæ.
——— ——— Æsculi hippocastani.
——— foliorum Juglandis regiæ.
——— ——— Menyanthes trifoliatæ.
——— herbæ Centaureæ benedictæ.
——— ——— Fumariæ officinalis.
——— ——— Gentiana-centaurii.
——— ——— Marrubii vulgaris.
——— ligni Hæmatoxyli Campechiani.
——— ——— Mimosæ catechu.
——— radicis Gentianæ luteæ.

## B. EXTRACTA infusione paranda.

Plantæ principium amarum vel adstringens mixtum cum volatili, vel principium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0251-5 DFG

volatile aromaticum, acre aut narcoticum continentes huic fini inserviunt.

Substantiæ hæ incisæ vel pulverisatæ probe triturentur aquæ frigidæ vel fervidæ circiter octuplo, aquam partitis vicibus addendo et effundendo, donec odoris et saporis expers maneat. Liquores sic effusi et commixti in apparatu mox supra dicto leni igne evaporentur continue movendo ad consistentiam extracti plus minusve mollis.

Hæc extracta æque ac priora, alcohole irrorata, in vesicis oleo emollitis, ab accessu aëris et luminis, utpote à quibus decomponuntur, usui serventur.

Hoc modo paratur:

EXTRACTUM corticis Cinchonæ officinalis.<br>
——— ——— Croton-cascarillæ.<br>
——— florum Anthemis nobilis.<br>
——— ——— Matricaria-chamomillæ.<br>
——— foliorum Nicotiana-Tabaci.

EXTRACTUM herbæ Artemisia-Absinthii.
———— ——— Rutæ graveolentis.
———— ——— Spartii Scoparii.
———— ——— Tanaceti vulgaris.
———— radicis Convolvulus-Jalappæ.
———— ——— Glycyrrhizæ glabræ.
———— ——— Hellebori nigri.
———— ——— Pimpinellæ saxifragæ.
———— ——— Valerianæ officinalis.
———— stipitum Solanum-Dulcamaræ.

Quidam methodum à GARAYE inventam pro parandis hisce extractis præferunt, cujus exemplo serviat sequens :

℞. Corticis cinchonæ officinalis subtilissime pulv. uncias octo.

Aquæ frigidæ vel bullientis libras octo.

Tere simul per plures horas, dein cola liquorem per linteum, et leni igne evapora ad siccitatem ; aut in vasis planis et latis evaporationi in loco sicco expone.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0253-7 DFG

## C. EXTRACTA EX SUCCIS PLANTARUM inspissatione parata.

### EXTRACTUM ACONITI.

℞. Herbæ Aconitum-napelli (vel Aconitum-cammari) recentis, antequam effloruerit collectæ, quantum placet.

*Contunde in mortario lapideo, aspergendo pauxillum aquæ; dein exprime succum, quem statim absque defæcatione in balneo aquæ, continue spatula agitando, ad mellis consistentiam evapora.*

Eodem modo paratur:

EXTRACTUM *herbæ Atropa-Belladonæ.*
——— ——— Conii maculati.
——— fructus Momordica-Elaterii.
——— foliorum Hyoscyami nigri.
——— drupæ immaturæ Juglandis regiæ.

### EXTRACTUM ALOËS.

℞. Succi gummi-resinosi Aloës perfoliatæ, (vulgo *Aloës socotrina* dicti) pulv. libram semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0254-2 DFG

Aquæ libras duas.

Solve digerendo, et liquorem colatum in balneo aquæ evapora ad consistentiam extracti.

## EXTRACTUM BILIS.

℞. Bilis taurinæ recentis quantum placet.

In balneo aquæ ad extracti consistentiam evapora.

## EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

℞. Pulpæ fructus Cucumis-colocynthidis, exemptis seminibus, uncias tres.
Alcoholis uncias quatuor.

Digere sæpius agitando per biduum, dein effuso alcohole affunde pulpæ remanenti
Aquæ libras tres.

Coque per mediam horam; dein cola. Liquorem colatum cum alcohole misce et leni calore ad consistentiam extracti evapora.

## EXTRACTUM DAUCI.

Syn. *Roob* Dauci; *succus* Dauci *inspissatus.*

℞. Radicum Daucus - Carotæ recentium quantum placet.

Mundatas et concisas, dimidio aquæ superfusas coque in vase stanneo ut mollescant; dein exprime succum quem semel ebulliendo clarifica, et leni calore ad mellis consistentiam evapora.

## EXTRACTUM OPII.

℞. Succi gummi-resinosi capsularum seminalium Papaveris somniferi, vulgo *Opium* dicti, quantum placet.

Affunde triturando repetitis vicibus aquam, donec colorari desinit; liquores commixtos et colatos in balneo aquæ evapora ad consistentiam extracti.

## EXTRACTUM TARAXACI.

℞. Radicum et herbæ junioris Leontodon-Taraxaci recentium libras decem.

Concisis et contusis in mortario ferreo adde

Aquæ libras sex.

Exprime succum quem post unicam ebullitionem in vase stanneo cola, et leni calore ad syrupi spissioris consistentiam evapora.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0256-4
DFG

Eodem modo paratur :

Extractum herbæ Lactucæ virosæ.
——— ——— Saponariæ officinalis.
——— Radicum Tritici repentis.
——— ——— Cichorium-Intybi.

---

## SUCCUS COCHLEARIÆ COMPOSITUS.

℞. Herbæ Cochleariæ officinalis.
——— Sisymbrium-nasturtii recentium ana partes æquales.

Concisas et contusas exprime prelo. Succum expressum sepone donec fæces subsederint, dein effunde liquorem per subsidentiam depuratum.

---

## MUCILAGINES ET GELATINÆ

Obtinentur vel dissolutione gummi in æquali pondere aquæ fervidæ sæpius agitando massam, vel decoctione partis plantæ hoc principio scatentis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0257-0 DFG

Hoc modo paratur:

Mucilago gummi Mimosæ Niloticæ.

——— ——— ——— Senegal.

——— ——— Astragalus-Tragacanthæ, aliarumque specierum.

——— ——— Pruni Armeniacæ.

——— ——— ——— domesticæ.

——— ——— ——— cerasi.

——— Seminum Lini usitatissimi.

——— ——— Pyrus-Cydoniæ.

## GELATINA Cornu cervi.

℞. Rasuræ Cornu cervi uncias sex.

Aquæ libras sex.

Coque ad colaturam librarum trium et adde

Vini albi Hispanici (vel Hungarici, vel pro re nata vini veteris Rhenani) uncias quatuor.

Succi fructus citri medicæ unciam unam.

Syrupi succi fructus citri medicæ uncias duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0258-6 DFG

Effunde ut frigore coëat in maſſam tremulam.

Eodem modo parari poteſt cum anatica portione aquæ

GELATINA AMYLI.

——— ICHTHYOCOLLÆ.

---

# PULPÆ.

## PULPA CASSIÆ.

℞. Fructus ſiliquoſi Caſſia-fiſtulæ quantum placet.

Medullam cum ſeminibus et diſſepimentis e ſiliquis diffractis ope cultri eburnei vel argentei exemptam macera in aqua calida; dein tere per cribrum ſetaceum, et leni calore ad conſiſtentiam debitam evapora; tunc ſingulis pulpæ libris adde

Sacchari albi pulv. uncias duas.

Eodem modo paratur:

PULPA FRUCTUS AMLICÆ INDICÆ, vulgo *Pulpa Tamarindorum*, dicta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0259-4 DFG

## PULPA PRUNORUM.

℞. Fructuum Pruni domesticæ exemptis nucleis quantum placet.

Coque in aqua donec mollescant; dein per cribrum setaceum trajectam pulpam ad consistentiam debitam evapora addendo singulis pulpæ *libris*

Sacchari albi pulv. uncias duas.

---

# ROOB.

Succi fructuum dulcium vel acidorum expressione et subsequente evaporatione leni igne inspissati, adjecta aut saporis gratia aut ut melius præserventur parte quarta, quinta aut sexta sacchari vel mellis.

## ROOB ANTISYPHILITICUM.

*Vide* Syrupus Sarsaparillæ compositus.

## ROOB BERBERUM.

℞. Baccarum Berberis vulgaris maturarum quantum placet.

Conquassatæ in mortario stent per dies tres, tum exprime succum, et

Succi hujus defæcatione depurati libris quatuor

Adde

Sacchari albi libram unam.

Coque in vase stanneo leni igne ad mellis consistentiam.

Eodem modo paratur:

Roob ex succo fructus Citri medicæ.
——— — ——— ——— Mori nigræ.
——— — ——— ——— Prunus-cerasi.
——— — ——— ——— Ribes nigri.
——— — ——— ——— ——— rubri.
——— — ——— ——— Rubi idæi.
——— — ——— ——— Vaccinium-myrtilli.
——— — ——— ——— ——— oxycocci.
——— — ——— ——— ——— vitisidææ.

Usus horum omnium pro potu in morbis acutis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0261-1

## ROOB CORTICIS NUCUM JUGLANDIS REGIÆ.

℞. Succi e drupa immatura Juglandis regiæ expressi,

Mellis ana partes æquales.

Coque ad debitam consistentiam.

Usus : Morbi cutis rebelles ; ulcera oris et faucium ex hydrargyro.

## ROOB CYDONIORUM.

℞. Succi fructus Pyrus-Cydoniæ depurati libras sex.

Sacchari albi libram unam.

Coque ad mellis consistentiam.

## ROOB JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi communis maturarum recentium libras octo.

Conquassatas coque in aqua communi donec mollescant; dein per setaceum trajice et addita,

Sacchari albi libra una,

Leni igne ad consistentiam mellis evapora.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0262-7 DFG

## ROOB FRUCTUS ROSÆ CANINÆ.

℞. Pulpæ fructuum Rosæ caninæ maturarum libras tres.
Sacchari albi libras duas.
Leni igne ad consistentiam debitam evapora.

## ROOB SAMBUCI.

℞. Succi e baccis Sambuci nigræ maturis expressi et defæcati libras sex.
Sacchari albi libram unam.
Coque leni igne in balneo aquæ ad debitam consistentiam.

Virtus : Leniter alvum et urinam movet.

---

# SYRUPI.

---

A. SYRUPI EX SUCCIS VEGETABILIUM parati.

## SYRUPUS ACIDI ACETICI.

Syn. *Syrupus aceti.*

℞. Acidi acetici diluti (seu Aceti albi vulgo venalis optimi) libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0263-2 DFG

Sacchari albi libras tres cum dimidia.

Misce et leni igne coquendo fiat syrupus.

## SYRUPUS ACIDI CITRICI.

Syn. *Syrupus acetositatis Citri s. Syrupus è succo citri.*

℞. Acidi Citrici diluti (id est succi fructus Citri medicæ maturi recentis expressione obtenti et defæcati) libras duas.

Sacchari albi pulv. libras tres cum dimidia.

*Solvatur saccharum ut fiat syrupus.*

## SYRUPUS ANTISCORBUTICUS COMPOSITUS.

℞. Herbæ Cochleariæ officinalis libras octo.

——— Lepidii sativi,

——— Sysimbrium-Nasturtii ana libras quinque.

Radicis Cochleariæ-Armoraciæ libras decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0264-8 DFG

Corticis Laurus-Cinnamomi pulv. uncias sex.

Fructus Citrus-Aurantii maturi cum cortice concisi libram unam.

*Vini albi libras decem.*

Immitte in cucurbitam et destilla leni igne libras quinque, quibus adde

Sacchari albi pulv. libras decem.

Ut fiat balneo aquæ Syrupus.

Massam in cucurbita remanentem fortiter prelo exprime; liquori expresso et colato adde

Aquæ libras decem.

Sacchari albi pulv. libras viginti.

Coque leniter ad syrupi consistentiam; dein clarificatum syrupum adde syrupo præcedenti.

*Vel simplicius :*

## SYRUPUS COCHLEARIÆ COMPOSITUS.

℞. Succi Cochleariæ compositi recenter expressi et defæcati libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0265-4 DFG

Syrupi simplicis (vel Syrupi Cinnamomi) libras tres.

Misce.

Usus *utriusque* : Scorbutus; physconia hepatis et lienis.

## SYRUPUS BALSAMICUS.

℞. Tincturæ Balsami Toluiferæ balsamicæ unciam unam.

Syrupi simplicis libras duas.

Syrupo recenter parato et ab igne remoto, cum pene refrixerit, immitte paulatim tincturam, assidue agitando.

## SYRUPUS CERASORUM.

℞. Succi e Cerasis nigris acidulis cum nucleis contusis expressi uncias sedecim.

Sacchari albi pulv. uncias viginti octo.

Misce ut fiat syrupus.

Eodem modo paratur :

Syrupus fructus Berberis vulgaris.

——— ——— Mori nigræ.

——— ——— Ribes rubri.

——— ——— Rubi idæi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0266-0 DFG

*NB.* Hi syrupi etiam parari possunt, ex Roob supra dictis, addendo sacchari portionem necessariam.

## SYRUPUS CINNAMOMI.

℞. *Tincturæ corticis* Laurus-cinnamomi unciam unam.
Syrupi simplicis libram unam.
Misce assidue movendo.

## SYRUPUS ERYSIMI.

℞. Succi ex Erysimo officinali recenti expressi et defæcati,
Syrupi simplicis (vel *mellis*) ana partes æquales.
Misce.

Usus : Raucedo catarrhalis.

## SYRUPUS FLORUM CITRUS-AURANTII.

℞. Aquæ florum Citrus-Aurantii uncias decem.
Sacchari albi libram unam semis.
Misce ut fiat syrupus.

## SYRUPUS RHAMNI CATHARTICI.

Syn. *Syrupus de Spina Cervina.*

℞. Succi baccarum Rhamni cathartici defæcati libras septem cum dimidia.
Sacchari albi libras tres cum dimidia.

Coque leni igne ut fiat syrupus, cui pro re nata adde,

Alcoholis fructus Myrtus-Pimentæ libram unam.

Virtus: Cathartica.

## SYRUPUS RUBI IDÆI ACETATUS.

℞. Fructus Rubi idæi maturi libram unam.
Aceti albi optimi libras duas.

Macera in vase vitreo per 20 aut 30 dies; dein cola cum expressione, et adde

Sacchari albi pulv. libras tres cum dimidia.

Leni igne coque ad consistentiam syrupi.

## SYRUPUS SACCHARI.

Succus Arundinis, *Saccharum officinale* dictæ, simplici decoctione et despu-

matione inspissatus, flavescens, particulis mucilaginosis aliisque heterogeneis scatens, Mel arundinaceum Plinii et Galeni hodie *Saccharum* commune audit. Hoc repetita decoctione, clarificatione, et evaporatione inspissatum *Saccharum album* seu *Canariense* appellatur, et pars liquida quæ coire negat, *Syrupus sacchari* vel *Syrupus communis* (G. *Mélasse*. A. *Treacle*) vocatur. Saccharum repetita decoctione, depuratione et evaporatione in crystallos coactum *Saccharum candum* dicitur.

## SYRUPUS SEDATIVUS s. HYPNOTICUS.

Syn. *Syrupus opiatus*. Ph. B. *Syrupus diacodii*.

℞. Extracti opii grana viginti quinque.
Vini Malacensis unciam unam.
Solutioni admisce
Syrupi simplicis uncias viginti quatuor.

*NB*. Uncia una hujus syrupi continet granum unum opii.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0269-0 DFG

## SYRUPUS SIMPLEX.

℞. Sacchari albi pulv. libras duas.
Aquæ puræ libram unam.
Miſce frigide et in vaſe probe clauſo uſui ſerva.

## SYRUPUS SCILLITICUS.

℞. Aceti Scillitici libram ſemis.
Syrupi Cinnamomi,
——— Zingiberis ana libram unam.
Miſce aſſidue movendo.

Usus idem ac Oxymellis ſcillitici, ſed gratior; *præcipue pro ægris qui mel ferre non* poſſunt.

Dosis : Drachmæ duæ — quatuor.

### B. SYRUPI INFUSIONE VEL DECOCTIONE parati.

## SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞. Radicis Althææ officinalis conciſæ uncias novem.
Aquæ fervidæ libras decem.
Coque ad libras quinque; dein valide

exprimendo cola, et liquori per subsidentiam depurato adde

Sacchari albi libras quatuor.

Coque leni igne ut fiat syrupus.

## SYRUPUS AMYGDALINUS.

℞. Amygdalarum dulcium libras duas cum dimidia.

——————— amararum libram unam.

Aquæ libras novem et uncias quatuor.

Fructibus decorticatis, aquam gradatim affunde triturando ut fiat emulsio, in qua leniter calefacta dissolve

Sacchari albi libras octodecim et uncias octo.

Dein frigefactis adde

Aquæ florum Citrus-aurantii uncias octo.

Syrupum in vasis probe clausis usui serva.

*NB.* Hæc Emulsionis species in Gallia vulgo sub nomine: *Sirop d'Orgeat,* venalis prostat. Portio ejus aqua diluta emulsionem gratam extemporaneam constituit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0271-6 DFG

## SYRUPUS CORTICIS CITRUS-AURANTII.

℞. Corticis exterioris flavi fructus Citrus-aurantii recentis uncias sex.

Aquæ fervidæ libras tres.

Macera per biduum vel triduum leni calore; dein expresso et colato liquori adde

Sacchari albi libras quatuor.

Ut unica ebullitione fiat syrupus.

## SYRUPUS PAPAVERIS SOMNIFERI.

℞. Capsularum seminalium Papaveris somniferi, exemptis seminibus, siccatarum et concisarum libras duas.

Aquæ fervidæ libras triginta.

Macera per duodecim horas; dein coque leni igne ad libras decem. Liquorem valide expressum cola, et denuo coque ad dimidium; dein iterum cola eique adde

Sacchari albi libras quatuor.

Coque leniter ut fiat syrupus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0272-2 DFG

## SYRUPUS RHEI ALCALISATUS.

℞. Radicis Rhei palmati conciſæ uncias tres.
Corticis Laurus - Cinnamomi drachmas tres.
Carbonatis potassæ liquidi drachmas duas.
Affunde
Aquæ ſervidæ libras duas.

Digere per duodecim horas et colaturæ unciarum viginti adde
Sacchari albi libras tres.
Ut fiat syrupus.

VIRTUS : Cathartica ; antacida.

USUS *egregius præcipue pro infantibus* in morbis ex acido primarum viarum.

## SYRUPUS SARSAPARILLÆ COMPOSITUS.

G. *Sirop de* CUISINIER.

℞. Decocti Smilax-Sarsaparillæ concentrati libras duodecim.
Syrupi simplicis,
Mellis puri ana libras duas.
Coque leni igne ad syrupi consistentiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0273-8 DFG

Addendo pro re nata.

Muriatis hydrargyri oxygenati grana quatuor — sex.

Divide massam in novem portiones æquales.

Dosis : Portio una ( unciarum sex ) quotidie, dividenda in partes tres, quarum una mane, *altera meridie et tertia vesperi* sumatur.

Si Arundo-phragmites cum Sarsaparilla decoquitur, huicque decocto dein additur eodem modo saccharum et mel, obtinetur Syrupus seu *Roob antisyphiliticum* dictum.

## SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞. Radicis Amomum-Zingiberis incisæ et contusæ uncias tres.

Aquæ fervidæ libras quatuor.

Macera per viginti quatuor horas vase clauso leni calore digerendo ; dein cola et liquori, postquam pars crassior subsederit, decantato adde

Sacchari albi libras septem cum dimidia.

Ut fiat syrupus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0274-4 DFG

# MELLA.

## MEL PURUM.

Mel ex cellulis nidi Apis melliferæ suspensis sponte stillans est mel purum, vulgo *Mel virgineum* dictum.

## MEL DESPUMATUM.

Mel commune cum aquæ puræ quarta parte coque in vase stanneo, et spumam in superficie ortam aufer cochleari foraminulis instructo; dein liquorem per manicam e panno confectam cola, et ad syrupi consistentiam coque.

## MEL ROSATUM.

℞. Petalorum Rosæ Gallicæ siccatorum uncias octo.
Aquæ fervidæ libras quatuor.
Macera per noctem et colaturæ adde
Mellis despumati libras octo.
Leni igne ad consistentiam syrupi coque.

## OXYMEL SCILLITICUM.

℞. Mellis despumati libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0275-0 DFG

Aceti Scillitici libram unam.

Mixta coque in vase stanneo ad syrupi consistentiam.

Usus : Morbi pulmonum pituitosi; expectoratio difficilis; hydrops. *Externus forma gargarismatis* cum aqua cinnamomi: Tonsillitis catarrhalis.

## OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis despumati libras duas.
Acidi Acetici diluti libram unam.

Mixta coque in vase stanneo ad consistentiam syrupi.

Usus : Morbi acuti cum decocto hordei.

## OXYMEL TARTAROSUM.

℞. Mellis despumati uncias duas.
Tartritis potassæ aciduli unciam unam.
Misce.

Usus : Febres biliosæ; hydrops.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0276-5 DFG

# CONSERVÆ.

Plantæ siccatæ pulverisatæ, vel partes plantarum recentium succulentæ : Priores cum æquali, posteriores cum duplici pondere sacchari, triturantur ad consistentiam pultis.

Hoc modo paratur :

CONSERVA corticis flavi fructus Citrus-aurantii.

——— foliorum Artemisia-absinthii.

——— ——— Artemisiæ maritimæ.

——— ——— Juniperus-sabinæ.

——— fructus Rosæ caninæ.

——— herbæ Dracocephali Canariensis.

——— ——— Cochleariæ hortensis.

——— ——— Menthæ cervinæ.

——— ——— ——— viridis.

——— ——— Oxalis-acetosellæ recentis.

——— ——— Rhodendri crysanthi.

——— petalorum Rosæ Damascenæ.

——— radicis Amomum - zingiberis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0277-1

CONSERVA radicis Angelicæ Archangelicæ.
——————— Ari maculati recentis.
——————— Scillæ maritimæ recentis.

CONDITUM Nucis Myristicæ Moschatæ, et
——— Radicis Amomum-Zingiberis

Ex India *orientali parata ad nos ad*vehuntur.

---

## ELÆOSACCHARA.

*Saccharum album cum oleo plantæ vo*latili in pulverem tritum ELÆOSACCHARUM audit. Proportio olei in genere est gutta una vel duæ, quandoque plures, ad drachmam unam sacchari.

Hoc modo paratur:

ELÆOSACCHARUM Anisi.
——————— Fœniculi.
——————— Cinnamomi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0278-7 DFG

ELÆOSACCHARUM Melaleuca-Leucadendri.

——————— Citri medicæ.

——————— —— aurantii.

*NB.* Hæc duo ultima etiam simpliciter adfricando saccharum cortici flavo fructus recentis parantur.

---

# PASTÆ ET TROHISCI.

---

## PASTA ALTHÆÆ.

℞. Radicis Althææ officinalis concisæ uncias quatuor.

Aquæ bullientis libras octo.

Infunde per noctem; dein cola et in colatura fervida dissolve

Gummi Mimosæ Niloticæ,

Sacchari albi ana libras duas.

Cola et spatula lignea aut argentea continue agitando, leni calore ad mellis consistentiam evapora. Massam ab igne remotam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0279-5

multum et celeriter agita, ut albescat; eique pro re nata admisce

Albumina ovorum, in spumam quassata, numero duodecim.

Aquæ florum Citrus-aurantii uncias duas.

Detine adhuc per breve tempus super ignem, *dein effunde in capsulas papyraceas* et loco calido penitus exsicca; tandem in taleolas scinde et usui serva.

USUS: Raucedo; tussis sicca; catarrhus.

## TROHISCI AMYLI.

SYN. *Trohisci pectorales albi.* Ph. ED.

℞. Amyli unciam unam.

Gummi Mimosæ Niloticæ uncias quatuor.

Sacchari albi libram unam.

Acidi Benzoici drachmam semis.

In pulverem simul trita dissolve in

Aquæ Rosæ (vel florum citrus-aurantii) quantum opus,

Ut fiant Trohisci.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0280-6
DFG

## TROHISCI ANTACIDI.

℞. Magnesiæ (vel carbonatis calcis) uncias quatuor.

Radicis *Amomum-zingiberis* pulv. scrupulum unum.

Sacchari albi uncias duas.

Simul tritis adde

Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ quantum satis,

Ut fiant Trohisci.

Usus: Pyrosis, aliive morbi ex acido primarum viarum.

## TROHISCI SEDATIVO-BALSAMICI.

Syn. *Trohisci pectorales cum opio*. Ph. Ed.

℞. *Opii puri* drachmas duas.

Tincturæ Balsami Toluiferæ balsamicæ unciam semis.

Simul trituratione intime mixtis adde

Syrupi simplicis uncias octo.

Extracti glycyrrhizæ glabræ, aqua calida emolliti, uncias octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0281-2 DFG

Simul probe tritis adde gradatim

Gummi Mimosæ Niloticæ pulv. uncias quinque,

Donec massa consistentiam debitam acquisiverit, ut inde fiant Trohisci granorum decem.

*NB.* Trohisci *tales* sex *continent* circiter granum unum opii.

Usus : Tussis sicca; expectoratio difficilis; phthysis pituitosa; morbi pulmonum atonici.

## TROHISCI GLYCYRRHIZÆ.

℞. Extracti glycyrrhizæ glabræ,

Gummi Mimosæ Niloticæ ana uncias quatuor.

Sacchari albi uncias octo.

Dissolve in

Aquæ fervidæ quantum satis.

Colaturam leni igne evapora ad consistentiam debitam, ut fiant Trohisci.

Usus : Tussis ab acri; expectoratio difficilis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0282-8

## TROHISCI HYDRARGYRI.

℞. Oxydi Hydrargyri nigri unciam unam.

Olei volatilis petalorum Citrus-Aurantii guttas viginti.

Sacchari albi uncias duas.

Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ quantum opus,

Ut fiant lege artis Trohisci granorum decem.

Usus : Syphilis.

Dosis : Trohiscus unus, bis terve de die.

## TROHISCI STIBIATI.

Syn. *Morsuli antimoniales* Kunkelii.

℞. Sulfureti Stibii nigri drachmas tres.

Amygdalarum dulcium decorticatarum unciam semis.

Elæosacchari Citri drachmam unam.

Immisceantur

Sacchari albi, in aqua cinnamomi soluti et ad debitam consistentiam cocti, unciis tribus cum dimidia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0283-4 DFG

Formentur inde Trohisci drachmæ unius ponderis.

Usus : Dyspepsia ; morbi cutis.

## TROHISCI E SULPHURE.

℞. Sulphuris præcipitati uncias duas.
*Acidi Benzoici scrupulum unum.*
Sacchari albi uncias quatuor.
Simul tritis adde
Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ quantum satis ,
Ut fiant Trohisci.

Usus : Morbi pulmonum atonici.

# PHARMACOPŒIÆ
## MEDICI PRACTICI
## UNIVERSALIS,
### PARS SECUNDA,
SISTENS
## MEDICAMENTA COMPOSITA,
Morbis præcipue internis curandis dicata.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0285-5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0286-1

DFG

# ELENCHUS
## MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM
### GENERALIS.


| | |
|---|---|
| *I. Aceta medicata,* | p. 249 |
| *II. Boli,* | 250 |
| *III. Cerevisiæ medicatæ,* | 261 |
| *IV. Decocta,* | 263 |
| *V. Electuaria,* | 285 |
| *VI. Emulsiones,* | 294 |
| *VII. Enemata,* | 297 |
| *VIII. Gargarismata,* | 303 |
| *IX. Guttæ,* | 305 |
| *X. Haustus,* | 311 |
| *XI. Inſusa,* | 319 |
| *XII. Linctus,* | 329 |
| *XIII. Liquores,* | 332 |
| *XIV. Mixturæ,* | 335 |
| *XV. Pilulæ,* | 352 |
| *XVI. Potiones,* | 375 |
| *XVII. Pulveres,* | 381 |
| *XVIII. Scutum stomachicum,* | 398 |
| *XIX. Serum Lactis,* | *ibid.* |


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0287-7

*XX. Sinapismus,* p. 400
*XXI. Solutiones,* 401
*XXII. Succus antiscorbuticus,* 414
*XXIII. Suppositorium,* *ibid.*
*XXIV. Tincturæ,* 415
*XXV. Vina medicata,* 451

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0288-3
DFG

# MEDICAMENTA

## COMPOSITA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0289-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0290-5
DFG

# PHARMACOPŒIA
## MEDICI PRACTICI.

### ACETA MEDICATA.

Syn. *Infusa acetosa.*

### ACETUM AROMATICUM.

Syn. *Acetum Bezoardicum s. Prophylacticum.*

℞. Foliorum et summitatum florentium Rosmarini officinalis,
——— Salviæ officinalis ana uncias quatuor.
Florum Lavandula—spicæ uncias duas.
Florum cum pericarpio immaturo Caryophilli aromatici drachmas duas.
Acidi Acetici concentrati libras octo.

Mixta macera leni calore in vase vitreo per quadriduum; dein exprime et cola.

Usus *præcipue externus* pro odoratu aut lotione ad effluvia aëris contagiosa corrigenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0291-1

## ACETUM SCILLITICUM.

℞. Radicis Scillæ maritimæ libram unam.
Acidi Acetici libras octo.

Macera leni calore in vase vitreo per biduum aut triduum; dein exprime et adde
Alcoholis diluti uncias octo.
Sepone ut fæces subsidant.

Usus: Morbi pulmonum pituitosi; hydrops. *Externus forma gargarismatis*: Tonsillitis pituitosa; dysecœa ex eadem causa.

Dosis: Guttæ viginti ad drachmam unam bis die vel sæpius cum aqua aromatica aut emulsione gummi-resinæ ammon.

---

# BOLI.

## BOLUS ALTERANS.

℞. Olei terebinthinæ volatilis guttas viginti quatuor.
Gummi-resinæ Guajaci officinalis drachmam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0292-7 DFG

Syrupi Papaveris somniferi quantum satis,

Ut fiat bolus, bis die sumendus.

Usus: Arthrodynia rheumatica et arthritica; podagra atonica, erratica.

## BOLUS AROMATICUS.

℞. Pulveris aromatici grana decem.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiat bolus.

Usus: Flatulentia; dyspepsia.

## BOLUS E CAMPHORA.

℞. Camphoræ pineis (vel alcohole) subactæ grana quinque — decem.

Conservæ fructus Rosæ caninæ grana viginti.

Misce ut fiat bolus.

Usus: Blechropyræ; subsultus tendinum; epilepsia; œstromania.

## BOLUS CARDIACUS.

℞. Radicis Dorstenia-Contragervæ,

——— Aristolochia-Serpentariæ,

Carbonatis calcis ana grana decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0293-3 DFG

Stigmatum pistilli Croci sativi grana quinque.

Syrupi corticis Laurus-Cinnamomi quantum satis,

Ut fiat bolus, ter de die sumendus.

Interdum adduntur

Vel Radicis *Valerianæ officinalis* drachma semis.

Vel Castorei grana quinque — decem.

Vel Moschi grana decem.

Vel Opii granum semis.

## BOLUS CATHARTICUS.

℞. Radicis *Convolvulus-Jalappæ* grana viginti.

Muriatis hydrargyri grana decem.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiat bolus.

*Vel :*

℞. Radicis *Convolvulus-Jalappæ*,

Sulfatis potassæ ana drachmam semis.

## BOLUS E CINCHONA.

℞. Corticis *Cinchonæ officinalis* drachmam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0294-9 DFG

Syrupi simplicis drachmam unam semis.

Misce, ut fiat bolus omni hora vel omni bihorio, tempore remissionis vel apyrexiæ, sumendus.

Pro re nata sumitur, loco syrupi simplicis, vel syrupus Rhei, vel syrupus Sedativus. — Quandoque etiam adduntur

Vel Muriatis ammoniacæ grana quinque.

Vel Aluminis grana decem.

Vel Oxydi ferri nigri grana quinque.

Vel Valerianæ officinalis drachma semis.

Vel Aristolochia-Serpentariæ grana decem.

Usus: Dialeipyræ; Blechropyræ remittentes.

BOLUS AD DYSPEPSIAM (H. Smith.)

℞. Radicis Psycothriæ emeticæ grana duo—quatuor.

Pulveris aromatici grana decem.

Syrupi Cinnamomi quantum satis,

Ut fiat bolus hora somni sumendus.

Usus in magna animi dejectione ex dyspepsia orta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0295-5 DFG

## BOLUS EMETICUS.

℞. Pulveris emetici ſcrupulum unum.
Oxymellis Scillitici quantum ſatis,
Ut fiat bolus.

## BOLUS E FERRO.

℞. Muriatis ferri ammoniacalis (vel Oxydi ferri fuſci) grana decem.
Conſervæ Gentiana-Centaurei ſcrupulum unum.
Radicis Amomum-Zingiberis grana quatuor.
Syrupi Cinnamomi quantum ſatis,
Ut fiat bolus, bis die ſumendus.

Usus: Chloroſis; amenorrhœa; dyſpepſia; aſthenia.

## BOLUS E FERRO COMPOSITUS.

℞. Oxydi ferri nigri,
Florum Anthemis nobilis ana grana ſeptem.
Gummi-reſinæ Myrrhæ,
Caſtorei ana grana octo.
Syrupi ſimplicis quantum ſatis,
Ut fiat bolus, bis die ſumendus.

Usus: Dyſm enorrhœa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0296-1 DFG

## BOLUS HYDRAGOGUS.

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ,
——— Amomum-Zingiberis,
Gummi-resinæ Cambogia-Guttæ,
Tartritis potassæ aciduli ana grana quinque—decem.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat bolus.

*Vel:*

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ grana duodecim.
Gummi-resinæ Cambogia-Guttæ,
Muriatis hydrargyri ana grana sex.
Syrupi Zingiberis quantum satis,
Ut fiat bolus, pro re nata repetendus.

Usus : Hydropes.

## BOLUS EX HYDRARGYRO.

℞. Oxydi hydrargyri nigri grana tria.
Extracti Glycyrrhizæ (vel mellis) quantum satis,
Ut fiat bolus, semel aut bis quotidie sumendus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0297-6

Usus : Syphilis; pneumonitis (præmissa venæsectione); hepatitis chronica; physconia hepatis.

## BOLUS E MOSCHO.

℞. Moschi (genuini) grana decem—quindecim.
Conservæ corticis flavi fructus Citrus-Aurantii drachmam semis.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat bolus, bis terve de die sumendus.
Interdum adduntur
Camphoræ alcohole solutæ grana octo.

Usus : Subsultus tendinum in febribus acutis; singultus; epilepsia, aliive morbi spasmodici rebelles; mania ?

## BOLUS EX MURIATE HYDRARGYRI.

℞. Muriatis hydrargyri, præcipitatione parati, grana quinque — decem.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat bolus, pro re nata repetendus.

Usus : Blechropyra flava; hydrocephalus; physconia abdominalis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0298-2 DFG

## BOLUS AD PARALYSIN.

℞. Seminis Sinapis albæ drachmam semis.
——— Carum-Carvi,
Corticis Laurus-Cassiæ ana grana quatuor.
Pulverisatis adde
Syrupi Zingiberis quantum satis,
Ut fiat bolus bis die sumendus.
Interdum adduntur
Olei Terebinthinæ volatilis guttæ quatuor.

## BOLUS E RHEO.

℞. Radicis Rhei palmati drachmam semis.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat bolus.

Interdum adduntur

Muriatis hydrargyri grana quinque—decem.

## BOLUS E RHEO SEDATIVUS.

℞. Radicis Rhei palmati grana duodecim.
Pulveris aromatici grana tria.
Tincturæ Sedativæ guttas viginti.
Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Ut fiat bolus noctu sumendus.

Usus: Diarrhœa aut dysenteria, præmissis præmittendis.

## BOLUS RUBER.

℞. Sulfureti Hydrargyri rubri scrupulum unum.
Conservæ Rosæ grana quatuor.
Ut fiat bolus mane et vesperi sumendus.

Usus sæpe eximius in Cephalalgia aut morbis nervorum inveteratis, ad alia remedia rebellibus.

## *BOLUS SAPONACEUS.*

℞. Saponis medicinalis scrupulos duos.
Olei volatilis seminum Carum-Carvi guttas duas—tres.
Syrupi balsamici quantum satis,
Ut fiat bolus ter die sumendus.
Interdum adduntur
Vel Extracti Aloës grana quatuor.
Vel Radicis Rhei palmati grana septem.

Usus: Morbi ex calculo viarum urinariarum; asthma; icterus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0300-7 DFG

## BOLUS E SPONGIA.

℞. Spongiæ ustæ drachmam semis.
Conservæ corticis fructus Citrus-Aurantii scrupulum unum.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat bolus, ter die sumendus.

Usus: Thyrocele, aliarumque glandularum colli tumores, quibus incolæ alpium præcipue obnoxii sunt.

## BOLUS E STANNO.

℞. Limaturæ Stanni drachmas duas.
Conservæ corticis fructus Citrus-Aurantii scrupulum unum.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat bolus, ter quaterve de die sumendus.

Interdum loco Limaturæ Stanni sumitur
Oxydi stanni grisei scrupulus semis-unus.

Usus: Lumbrici; Tænia Solium Linn.

## BOLUS STIBIATUS.

℞. Sulfureti stibii nigri drachmam semis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0301-2
DFG

Conservæ Cochleariæ officinalis scrupulum unum.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiat bolus, bis die sumendus.

Usus: Lepra, aliive morbi cutanei.

## BOLUS STOMACHICUS.

℞. Florum Anthemis nobilis drachmam semis.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiat bolus, bis terve de die sumendus.

Interdum adduntur

Vel Carbonatis calcis grana decem.

Vel Radicis Rhei palmati grana quinque.

Vel Amomum-Zingiberis grana decem.

Vel Muriatis ammoniacæ grana decem.

Usus: Anorexia; dyspepsia; pyrosis; cardialgia; dialeipyra.

## BOLUS SUDORIFICUS.

℞. Pulveris sudorifici Doveri grana viginti — viginti quinque.

Syrupi Zingiberis (vel Sedativi) quantum satis,

Ut fiat bolus cum regimine, præcipue mane, sumendus.

Usus idem ac Pulveris Sudorifici Doveri.

### BOLUS E VALERIANA.

℞. Radicis Valerianæ officinalis drachmam semis.

Syrupi Florum Citrus-Aurantii drachmam unam semis,

Ut fiat bolus, ter die sumendus.

Interdum adduntur

Vel *Castorei* grana decem.

Vel Oxydi ferri nigri grana septem.

Usus: Epilepsia, aliive morbi spasmodici; dysmenorrhœa.

---

## CEREVISIÆ MEDICATÆ.

Syn. *Infusa Cerevisiata.*

### CEREVISIA DIURETICA.

℞. Radicis Cochlearia-Armoraciæ,

Seminum Sinapis nigræ ana unciam unam.

Baccarum Juniperi communis,
Carbonatis Potassæ ana drachmas sex.
Cerevisiæ fortis veteris libras sex.

Macera sine calore per quadriduum et cola.

Usus : Scorbutus ; hydrops.

## CEREVISIA STIMULANS.

℞. Radicis Valerianæ officinalis unciam unam.
Seminum Sinapis nigræ integrorum drachmas sex.
Radicis Aristolochia-Serpentariæ drachmas tres.
Foliorum Rosmarini officinalis unciam semis.
Cerevisiæ tenuis novæ libras octo.

Macera sine calore per biduum, et cola.

*Vel:*

℞. Seminum Sinapis nigræ integrorum unciam unam.
Radicis Aristolochiæ longæ drachmas sex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0304-0 DFG

Herbæ Gentiana-Centaurei drachmas duas.

Foliorum Juniperus-Sabinæ drachmam unam.

Cerevisiæ tenuis novæ libras octo.

Macera sine calore per quadriduum et cola.

Usus : Paralysis ; amenorrhœa ; chlorosis.

---

# DECOCTA.

---

## DECOCTUM ALBUM.

℞. Rasuræ Cornu Cervi unciam unam.

Gummi Mimosæ Niloticæ drachmas duas.

Aquæ libras tres.

Coque ad colaturam librarum duarum.

Interdum additur

Vel Alcoholis Cinnamomi uncia una.

Vel Nitratis potassæ drachma una—duæ.

Bibat ad libitum.

Usus : Diarrhœa ; dysenteria ; variola ; rubeola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0305-5
DFG

## DECOCTUM ADSTRINGENS.

℞. Corticis Quercus-Roboris,
——— Fructus Punica-Granati,
Radicis Tormentillæ erectæ ana drachmas duas.
Aquæ,
Lactis ana libram unam.
Coque per quadrantem horæ et sub finem coctionis adde
Corticis Laurus-Cinnamomi drachmas duas.
Cola.

Usus : Diarrhœa ; Blennorrhœa.

*NB.* Omittendo cinnamomum egregie quoque servit pro enemate aut injectione.

Dosis : Unciæ duæ, ter quaterve de die.

## DECOCTUM FLORUM ARNICÆ.

℞. Florum Arnicæ montanæ unciam unam.
Coque vase clauso in
Aquæ libris tribus.
Colaturæ librarum duarum adde
Syrupi Zingiberis (vel Cinnamomi) uncias duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0306-1 DFG

Sumat uncias tres omni bihorio.

Interdum sub finem coctionis additur, urgente diarrhœa,

Radicis Arnicæ montanæ uncia una.

Usus: Blechropyræ species variæ; paralysis; aphonia; arthrodynia rheumatica; ischuria paralytica; contusura seu ecchymoma ex lapsu. (Præmisso pro re nata emetico vel cathartico. Stoll).

*NB.* Si cardialgia inde oritur, dosi minori sed frequentius exhibendum.

DECOCTUM *ANTHELMINTHICUM.*

℞. Corticis Geoffroyæ inermis (vel Surinamensis) pulv. unciam unam.

Aquæ libras duas.

Coque ad colaturam libræ unius.

*Usus: Ascarides; lumbrici.*

Dosis: Uncia una omni hora, donec alvum movere incipiat.

DECOCTUM ANTICACHECTICUM.

℞. Radicis et foliorum recentium Cichorium-Intybi,

Radicis et foliorum Rumex-Acetosæ,
——— ——— Fragaria-Vescæ,
——— ——— Centaurea-calcitrappæ,
——— ——— Violæ odoratæ,
Florum Nymphææ albæ ana unciam unam *.
Petalorum Rosæ Gallicæ uncias duas.
Radicis Parietariæ officinalis unciam semis.
Aquæ libras duodecim.

Coque ad libras octo in vase terreo vernice obducto, colaturæ fervidæ adde

Foliorum Cassia-Sennæ uncias quatuor.
Seminum Pimpinella-Anisi pulv.
Nitratis potassæ fusi ana unciam semis.

Stent in infusione calida per viginti quatuor horas; dein cola et in loco frigido in vasis probe clausis usui serva.

* Si plantæ mox dictæ recentes haberi non possunt, siccatarum ana drachmæ tres adhibendæ.

Usus: Dysuria; ischuria; dolor lumborum chronicus; tumores frigidi; syphilis rebellis; scrophula; morbi cutis chronici;

morbi ubi lympha attenuanda et corrigenda est.

Dosis: Unciæ octo jejune per quadriduum; deinde omni secundo die per viginti quatuor dies. Si temperamentum ægri robustum est, unciæ decem — duodecim pro dosi sumendæ. — Si morbus inveteratus aut rebellis sit, vesperi ante decubitum, loco mane, exhibeatur.

*NB.* Hoc decoctum ut remedium efficax, in India orientali adhiberi didici.

## DECOCTUM CINCHONÆ.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis pulv. uncias duas.

Aquæ libras duas.

Coque vase clauso per quadrantem horæ, et liquorem *calidum* per subsidentium modice depuratum, non filtratum, effunde pro usu.

Interdum additur sub finem coctionis

Vel extracti radicis Glycyrrhizæ glabræ uncia semis.

Vel corticis Laurus-Cassiæ uncia una.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0309-1

Usus : Asthenia nervosa et arteriosa; dialeipyræ; morbi ex salibus et oxydis metallicis, præcipue stibii et hydrargyri.

Dosis : Unciæ duæ quarta vel sexta quaque hora.

Interdum adduntur singulis dosibus decocti

Vel acetatis ammoniacæ liquidi uncia semis.

Vel acetatis potassæ drachma semis.

Vel alcoholis drachma una—duæ.

Vel alcoholis ammoniacati guttæ quadraginta.

Vel carbonatis potassæ liquidi guttæ triginta.

Vel extracti corticis Cinchonæ officinalis drachma semis.

Vel Electuarii aromatici grana viginti.

Vel Electuarii cardiaci grana viginti.

Vel Radicis Rhei palmati grana tria.

Vel Radicis Valerianæ officinalis drachma semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0310-2 DFG

Vel Tincturæ Corticis Cinchonæ officinalis drachma una.

Vel Tincturæ gummi-resinæ Guajaci officinalis guttæ quadraginta.

Vel Tincturæ Lavandulæ compositæ drachma una.

Vel Ætheris alcoholisati guttæ duodecim.

Vel Tincturæ Sedativæ guttæ tres—sex.

## DECOCTUM CINCHONÆ CARDIACUM.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis pulv. uncias duas.

Aquæ libras duas.

Coque per quadrantem horæ, sub finem coctionis adde

Radicis Aristolochia-Serpentariæ ( vel radicis Dorstenia-Contrayervæ ) unciam unam.

Digere per horam et cola.

Usus : Blechropyra petechialis; dialeipyræ magna debilitate stipatæ.

Dosis : Unciæ duæ omni secunda, quarta, aut sexta hora.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0311-8

## DECOCTUM CINCHONÆ CUM VALERIANA.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis pulv. uncias tres.

Aquæ libras duas.

Coque per quadrantem horæ; sub finem coctionis adde

Radicis *Valerianæ officinalis* pulv. unciam unam.

Digere per horam vase clauso; dein colaturæ admisce

Tincturæ Lavandulæ compositæ unciam unam.

Usus: Morbi spasmodici.

Dosis: Unciæ duæ—tres, sæpius de die.

## DECOCTUM DULCAMARÆ.

℞. Stipitum Solanum-Dulcamaræ unciam semis — ad uncias duas.

Aquæ libras tres.

Coque ad colaturam librarum duarum.

Usus: Morbi cutis; Syphilis? arthrodynia; dyslochia; amenorrhœa; icterus.

Dosis: Libra una cum vel sine lacte, quotidie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0312-4
DFG

## DECOCTUM DRUPÆ JUGLANDIS REGIÆ.

℞. Drupæ immaturæ, seu Corticis viridis Nucis Juglandis regiæ siccati et contusi libram unam.

Radicis *Smilax-Sarsaparillæ*,

—— *Smilax-Chinæ* ana uncias duas.

Sulfureti Stibii nigri pulv. et in nodulo ligati uncias quatuor.

Lapidis pumicis pulv. et in nodulo ligati uncias duas.

Concisa et mixta coque in

Aquæ libris viginti,

Ad colaturam librarum decem.

Usus : Syphilis rebellis; lepra; herpes. *Externus* pro lotione.

Dosis : Libra una mane, et libra una vesperi tepide.

## DECOCTUM PRO ENEMATE.

℞. Foliorum Malvæ rotunfoliæ unciam unam.

Florum Matricaria-Chamomillæ unciam semis.

Aquæ libram unam semis.

Coque ad colaturam libræ unius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0313-0 DFG

## DECOCTUM FOLIORUM AMYGDALI PERSICÆ.

℞. Foliorum Amygdali Persicæ siccatorum unciam unam.
Aquæ libras duas.
Coque ad colaturam libræ unius cum dimidia.

Usus : Hæmaturia ; dysuria ; nephritis.

Dosis : Libra una de die.

## DECOCTUM GUAJACI.

℞. Rasuræ ligni cum cortice Guajaci officinalis uncias octo.
Radicis Glycyrrhizæ glabræ incisæ uncias duas.
Coque in
Aquæ libris sedecim,
Ad colaturam librarum octo.
Sub finem coctionis adde
Seminum Coriandi sativi contusorum unciam semis.

Usus : Syphilis.

Dosis : Libra semis, ter quaterve die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0314-5 DFG

## DECOCTUM HÆMATOXYLI.

℞. Rasuræ ligni Hæmatoxyli Campechensis uncias duas.

Aquæ libras duas.

Coque ad colaturam libræ unius.

Interdum adduntur

Tincturæ gummi-resinæ Kino uncia una.

——— Sedativæ guttæ triginta.

Usus : Diarrhœa, et dysenteria chronica; Blennorrhagia recti cum tenesmo (vulgo *Fluxus coeliacus*); hæmorrhagiæ, præmissis præmittendis.

Dosis : unciæ duæ, omni quadrihorio vel sæpius.

## DECOCTUM HORDEI.

℞. Seminis Hordei distichi perlati uncias duas.

Heterogenea, præcipue farinam, hordeo adhærentia aqua frigida primo ablue; dein hordeum cum aquæ libra semis aliquantulum coque ut materia colorans extrahatur, qua abjecta hordeo ita purificato adde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0315-1 DFG

Aquæ libras quinque.

Coque ad libras duas cum dimidia;

Dein effuso decocto adde

Oxymellis ( vel Mellis aut Sacchari ) uncias duas.

Usus pro potu ordinario in morbis acutis.

## DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM.

℞. Seminis Hordei distichi,

Fructuum Ficus-Caricæ ,

Fructuum Vitis Apyrenæ siccatorum, ana uncias duas.

Aquæ libras quatuor.

Coque ad colaturam librarum duarum.

Usus: Febres acutæ; catharrhus; dysuria, stranguria.

## DECOCTUM JUNIPERI.

℞. Summitatum Juniperi communis uncias tres.

Aquæ libras quatuor.

Coque ad libras duas, sub finem coctionis adde

Baccarum Juniperi communis unciam unam.

Cola.

Usus : Hydrops; asthma; morbi cutis.

Dosis : Unciæ quatuor—octo, ter die.

## DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI.

℞. *Lichenis Islandici* unciam semis—unam.
Aquæ libras duas.
Coque ad colaturam libræ unius, cui adde pro re nata,
Mellis (vel Sacchari) unciam unam.

Usus cum vel sine lacte : Tabes seminalis; phthysis pituitosa; leucorrhœa; morbi pulmonum atonici; pertussis.

Dosis : Unciæ quatuor, ter quaterve de die.

## DECOCTUM LICHENIS cum POLYGALA.

℞. *Lichenis Islandici* unciam semis.
Radicis *Polygalæ amaræ* unciam unam.
Coque in
Aquæ libris tribus,
Ad colaturam librarum duarum.

Usus : Morbi pulmonum atonici, ubi simul expectoratio promovenda est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0317-3 DFG

## DECOCTUM MALTI.

℞. Malti (id est, Semina Hordei distichi aqua humectata, dein accumulata ut tepescant et germinent, et tunc demum subito siccata) in molendina fracti uncias sex.

Aquæ libras quinque.

Coque ad colaturam librarum quatuor, cui adde

Syrupi Acidi citrici uncias quatuor.

Usus pro potu ordinario in scorbuto.

## DECOCTUM AD METRORRHAGIAM (SEPTALII.)

℞. Corticum fructus Citrus-aurantii Seviliensis subviridis n° tres.

Aquæ libras sex.

Coque ad libras duas et cola.

Dosis: Unciæ tres, ter quaterve de die; addendo singulæ dosi

Acidi sulfurici alcoholisati guttas octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0318-8
DFG

## DECOCTUM MEZEREI.

℞. Corticis radicis Daphne-Mezerei recentis drachmas duas.

Aquæ libras tres.

Coque ad colaturam librarum duarum; sub finem coctionis adde

Radicis Glycyrrhizæ glabræ unciam semis.

Usus: Morbi ossium et cutis syphilitici rebelles. *Externus forma cataplasmatis vel fotus*: Orchiocele; scirrhus; lepra.

Dosis: Libra dimidia, bis aut quater de die.

## DECOCTUM PAREIRÆ.

℞. Radicis Cissampelos-Pareiræ pulv. unciam unam.

Aquæ libras duas.

Coque ad colaturam libræ unius.

Usus: Morbi pulmonum et præcipue renum pituitosi; dysuria; ischuria; morbi ex sabulo viarum urinariarum; icterus.

Dosis: Unciæ tres, ter de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0319-7 DFG

## DECOCTUM PECTORALE.

℞. Herbæ Glecomatis hederaceæ,
——— Tussilago-Farfaræ,
Radicis Glycyrrhizæ glabræ ana uncias duas.
Radicis *Inula-Helenii* unciam unam.
Aquæ libras novem.
Coque ad colaturam librarum octo.

Usus : Tussis catharrhalis ; phthysis pituitosa ; morbi pulmonum atonici.

Dosis : Unciæ quatuor sæpius de die.

*Vel :*

℞. Herbæ Tussilago-Farfaræ,
——— Veronicæ officinalis ana unciam unam.
Radicis Polygalæ amaræ uncias duas.
Aquæ libras tres.
Coque ad colaturam librarum duarum.

Usus : Phthysis pulmonalis.

Dosis : Unciæ tres—quatuor cum saccharo aut melle sæpius de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0320-8 DFG

## DECOCTUM POLYGALA-SENEGÆ.

℞. Radicis Polygala-Senegæ contusæ unciam unam.
Aquæ libras duas.
Coque ad libram unam, et colaturæ adde
Syrupi simplicis unciam unam.

Usus : Morbi pulmonum pituitosi ; arthrodynia ; hydrops.

Dosis : Unciæ duæ, bis die ; vel pro re nata, uncia semis omni hora, donec alvum movere incipiat.

## DECOCTUM RUBIÆ.

℞. Radicis Rubiæ tinctorum unciam unam.
Involucri reticularis nuclei Nucis Myristicæ moschatæ drachmas duas.
Aquæ libras tres.
Coque ad libras duas et colaturæ adde
Tincturæ aromaticæ drachmas duas.
Syrupi acidi citrici uncias duas.

Usus : Morbi pulmonum, hepatis, aliorumque viscerum pituitosi ; icterus ; chlorosis ; amenorrhœa.

Dosis : Unciæ tres, ter quaterve de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0321-4
DFG

## DECOCTUM SAPONARIÆ.

℞. Herbæ Saponariæ officinalis recentis contusæ libram semis.

Aquæ libras octo.

Coque ad colaturam librarum quatuor.

Usus: *Syphilis? scrophula;* blennorrhagia.

Dosis: Libræ duæ — quatuor de die.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ.

℞. Radicis Smilax-Sarsaparillæ minutim concisæ uncias tres — quatuor.

Aquæ bullientis libras quatuor.

Digere per quadrihorium; dein effuso liquore probe contunde radicem in mortario, eique denuo adjice eundem liquorem; macera per septem horas, postea coque ad libras duas, et fortiter exprimendo cola.

Interdum cum successu additur

Carbonatis sodæ drachma una.

Usus: Morbi syphilitici et rheumatici rebelles.

Dosis: Libra semis, ter quaterve de die.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ COMPOSITUM.

℞. Radicis Smilax-Sarsaparillæ uncias sex.
Corticis Radicis Laurus-Sassafras,
Rasuræ *ligni Guajaci officinalis* ana unciam unam.
Aquæ libras decem.

Concisa et contusa macera leni calore per sex horas; dein coque ad libras quinque. Sub finem coctionis adde

Radicis Glycyrrhizæ glabræ unciam unam.
Corticis radicis Daphne-Mezerei drachmas tres.

Cola.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ CONCENTRATUM.

℞. Radicis Smilax-Sarsaparillæ concisæ uncias triginta.
Aquæ fervidæ libras viginti quatuor.

Infunde per 24 horas; dein coque ad colaturam librarum octo. Repete eandem operationem bis cum magmate, effundendo

liquorem singula vice. Misce libras viginti quatuor decocti sic parati, eique adde

Florum Boraginis officinalis,
Petalorum Rosæ albæ,
Foliorum Cassiæ-Sennæ,
Seminum Pimpinella-Anisi ana uncias duas.

Coque ad libras duodecim, et cola.

Usus pro parando Syrupo Sarsaparillæ composito, vulgo *Sirop de* Cuisinier dicto.

*NB.* Si Arundo-phragmites cum æquali portione Sarsaparillæ eodem modo decoquitur, obtinetur *Decoctum Arundo-Phragmitis compositum*, quod ad parandum syrupum similem, vulgo *Roob antisyphiliticum* dictum, inservit.

## DECOCTUM SIMARUBÆ.

℞. Corticis Radicis Quassia-Simarubæ pulv. drachmas duas ad unciam semis.
Aquæ libram unam semis.
Coque ad colaturam libræ unius.

Usus: Diarrhœa aut dysenteria chronica; dialeipyræ; dyspepsia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0324-1 DFG

Dosis : Uncia una omni bihorio vel trihorio ; vel unciæ quatuor ter de die.

## DECOCTUM TARAXACI COMPOSITUM.

℞. Herbæ et Radicis Leontodon-Taraxaci, Radicum Tritici repentis ana libram unam semis.
Concisa et contusa coque in
Aquæ libris sex ad libras tres.
Colaturæ prelo fortiter expressæ adde
Oxymellis libram semis.
Sulfatis potassæ ( vel Tartritis potassæ ) drachmas sex.
Ætheris alcoholisati guttas viginti quinque.

Usus : Dialeipyræ quartanæ rebelles ; physconia viscerum abdominalium præcipue post dialeipyras ; icterus ; calculus vesiculæ felleæ.

Dosis : Libra dimidia, quater vel sexies de die.

## DECOCTUM TURIONUM PINI.

℞. Turionum Pini piceæ ( vel Abietis ) concisorum uncias duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0325-7 DFG

Aquæ libras tres.

Coque ad libras duas; dein ab igne remotis adde

Vini albi libram unam.

Digere vase clauso per diem, et cola.

Usus pro potu ordinario in scorbuto, et morbis cutis.

## DECOCTUM ULMI.

℞. Corticis interioris Ulmi campestris contusi uncias quatuor.

Aquæ libras tres.

Coque ad colaturam librarum duarum.

Usus: Herpes, aliive morbi cutis.

Dosis: Libra dimidia, bis terve die cum Bolo Stibiato.

## DECOCTUM VERATRI.

℞. Radicis Veratri albi pulv. unciam unam.

Aquæ libras duas.

Coque ad uncias sedecim, colaturæ adde

Alcoholis uncias duas.

Usus *præcipue externus forma lotionis*: Tinea; psora, aliive morbi cutanei rebelles.

# ELECTUARIA.

## ELECTUARIUM ADSTRINGENS.

℞. Gummi-Resinæ Kino drachmas sex.
Sulfatis aluminæ cum potassa,
Corticis Laurus-cinnamomi ana drachmas duas.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat electuarium.

Usus : Diarrhœa aut dysenteria chronica ; hæmorrhagiæ.

Dosis : Drachma una, bis terve de die.

## ELECTUARIUM ALCALINO-FERRATUM.

℞. Oxydi ferri nigri unciam semis.
Carbonatis potassæ scrupulos duos.
——— Calcis,
Radicis Amomum-Zingiberis pulv. ana drachmas duas.
Syrupi corticis flavi fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0327-8 DFG

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ mane et vespere sumendum.

Usus: Leucorrhœa; chlorosis, aliive morbi ex debilitate aut acido primarum viarum oriundi. (Præmisso semel vel bis haustu ex Rheo palmato cum guttis quatuor olei volatilis *baccarum Juniperi communis*).

## ELECTUARIUM ALTERANS.

℞. Pulpæ Prunorum unciam unam.
Sulfureti hydrargyri nigri,
Gummi-Resinæ guajaci officinalis ana unciam semis.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiat electuarium.
Interdum, loco Guajaci, additur:
Nitratis potassæ uncia semis.

Usus: Psora aliive morbi cutanei.

Dosis: Drachma una, bis die.

## ELECTUARIUM ANTACIDUM.

℞. Conservæ Menthæ crispæ unciam unam.
Pulveris aromatici drachmam unam.

Magnesiæ (vel Carbonatis calcis) drachmas duas.

Syrupi Menthæ crispæ quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ mane et vesperi sumendum.

Interdum adduntur:

Olei volatilis Menthæ crispæ guttæ decem.

Usus: Pyrosis, aliive morbi ex acido primarum viarum.

## ELECTUARIUM ANTHELMINTHICUM.

℞. Seminis *Artemisia - Santonicæ* pulv. drachmas duas.

Radicis Convolvulus-Jalappæ drachmam unam.

Muriatis Hydrargyri grana sex—duodecim.

*Syrupi corticis Laurus-cinnamomi* quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ, semel vel bis de die sumendum.

## ELECTUARIUM ANTICACHECTICUM (WARD).

℞. Radicis Inula-Helenii pulv. uncias duas.

Seminis Anethum-Fœniculi pulv. uncias tres.

Fructus Piperis nigri pulv. unciam unam.

Misce triturando, et adde

Sacchari albi,

Mellis ana uncias duas.

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ, bis terve de die sumendum.

Usus: Dyspepsia; cachexia hæmorrhoidalis; morbi viscerum pituitosi.

ELECTUARIUM ANTISPASMODICUM.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis unciam unam.

Radicis Valerianæ officinalis unciam semis.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ, bis terve de die sumendum.

Usus: Epilepsia; chorea; hysteria.

ELECTUARIUM CARDIACUM. (Ph. Ed.)

℞. Conservæ corticis flavi fructus Citrus-aurantii uncias tres.

Conditi nucis *Myristicæ moschatæ* unciam unam semis.

——— Radicis *Amomum-Zingiberis* drachmas sex.

Corticis *Laurus-cinnamomi* pulv. unciam semis.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Ut fiat electuarium.

## ELECTUARIUM DEOBSTRUENS.

℞. Pulveris *Scillæ* compositi,

Gummi-resinæ *Ammon*,

Tartritis potassæ ana drachmas duas.

Muriatis ammoniacæ scrupulum unum.

Syrupi Cinnamomi quantum satis,

Ut fiat electuarium.

*Usus* : *Physconia abdominalis; hydropes;* morbi viscerum pituitosi.

Dosis : Drachmæ duæ, ter de die.

## ELECTUARIUM LAXANS.

℞. Pulpæ Tamarindorum (vel Prunorum) uncias tres.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0331-9 DFG

Foliorum Cassia-Sennæ drachmam unam semis.

Nitratis potassæ,

Sulphuris præcipitati ana drachmas tres.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ vel juglandis, semel aut bis de die sumendum.

Usus : Dolor aliave symptomata morbosa ex tumore vasorum hæmorrhoidalium orientia ; obstipatio habitualis.

## ELECTUARIUM ROBORANS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis unciam unam.

——— Laurus-cinnamomi drachmam unam.

Oxydi ferri nigri drachmas duas.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ, bis vel ter de die sumendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0332-5
DFG

Usus : Leucorrhœa; atonia generalis; ataxia; flatulentia.

ELECTUARIUM SEDATIVO-ADSTRINGENS.

Syn. *Confectio Japonica.* Ph. Ed.

℞. Gummi-Resinæ Mimosæ Catechu uncias quatuor.

Gummi-Resinæ Kino uncias tres.

Corticis Laurus-cinnamomi,

Nucis Myristicæ moschatæ ana unciam unam.

Opii, in vini albi Hispanici quantum satis soluti, drachmam unam semis.

Syrupi Cinnamomi, ad mellis consistentiam inspissati, libras duas.

Ut fiat electuarium.

*NB.* Drachmæ tres hujus Electuarii continent granum unum opii.

ELECTUARIUM STOMACHICUM.

℞. Conservæ corticis flavi fructus Citrus-aurantii uncias duas.

Radicis Rhei palmati drachmam unam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0333-1 DFG

Radicis Ari maculati,
Pulveris aromatici ana drachmam unam.
Oxydi ferri nigri scrupulum unum.
Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,
Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ semel, vel bis de die, aut alternis noctibus sumendum.

Usus : Dyspepsia ; flatulentia ; atonia ventriculi.

ELECTUARIUM STOMACHICUM ALTERANS.

℞. Radicis *Acorus-Calami*,
——— *Maranta-Galangæ*,
Fructus Piperis nigri ana unciam unam.
Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,
Ut fiat electuarium.
Interdum additur :
Oxydi ferri nigri uncia dimidia.

Usus : Atonia ventriculi ; dyspepsia aut cardialgia podagrica ; colica flatulenta.

Dosis : Drachma una bis die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0334-7 DFG

## ELECTUARIUM THERIACALE.

Theriaca Andromachi correcta (Ph. Suec.)

℞. Radicis Angelicæ Archangelicæ uncias octo.

——— Gentianæ luteæ uncias sex.

——— Valerianæ officinalis uncias tres.

——— Kaempferiæ rotundæ,

Seminum Amomum-Cardamomi ana uncias duas.

Stigmatum Pistilli Croci Sativi,

Extracti Glycyrrhizæ glabræ,

Gummi-Resinæ Myrrhæ,

Opii, ana unciam unam.

Syrupi simplicis (vel Mellis) uncias septuaginta quinque.

Extractum Glycyrrhizæ, Myrrha et Opium, vino Hispanico diluta, primo misceantur cum syrupo vel melle paululum calefacto; deinde, sub continua agitatione, paulatim adjiciantur cætera, in pulverem tenuem trita.

Si diu servata inarescit, vino Hispanico admixto humectetur.

*NB*. Scrupuli quinque continent opii granum unum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0335-2 DFG

## EMULSIONES.

### EMULSIO AMYGDALINA.

℞. Amygdalarum dulcium decorticatarum unciam unam.

Amygdalarum amararum numero tres aut quatuor.

In mortario in pultem tritis paulatim sub continua trituratione affunde

Aquæ uncias decem.

Sacchari unciam semis.

Cola.

Quandoque loco *aquæ simplicis* sumitur *aqua aromatisata*; aut aquæ simplici additur pauca quantitas aquæ cujusdam aromatisatæ ex gr. aqua florum Citrus-aurantii, corticis Laurus-Cinnamomi, etc.

### EMULSIO CAMPHORATA.

℞. Camphoræ scrupulum unum.

Amygdalarum dulcium numero sex.

Contere et adde

Aquæ destillatæ (vel aqua corticis Laurus-cinnamomi) uncias sex.

Sacchari unciam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0336-8 DFG

Usus: Blechropyræ; exanthemata atonica, cardialgia; hysteria; œstromania.

Dosis: Unciæ duæ sexta quaque hora.

Interdum singulæ dosi additur:

Tincturæ Lavandulæ compositæ drachma semis—una.

### EMULSIO COMMUNIS.

℞. Seminum Cucumeris-sativi,

——— ——— Melonis ana unciam semis.

Affunde gradatim terendo

Aquæ *libram* unam.

### EMULSIO GUMMI-RESINÆ AMMON.

Syn. *Lac ammoniaci.*

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmas duas.

Aquæ destillatæ (vel aquæ Cinnamomi) uncias octo.

Tere addendo aquam paulatim ut fiat emulsio, cui pro re nata adde

Oxymellis Scillitici unciam unam.

Usus: Morbi pulmonum et hepatis pituitosi; expectoratio difficilis.

Eodem modo paratur:

Emulsio Assæ-Fœtidæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0337-4

Dosis : Uncia una—duæ, ter quaterve de die.

Interdum singulis dosibus adduntur:

Carbonatis ammoniacæ (vel Carbonatis potassæ) grana duodecim.

## EMULSIO GUMMI-RESINÆ GUAJACI.

℞. *Gummi-resinæ Guajaci officinalis*, Sacchari albi ana unciam semis.

In pulverem tenuem simul tritis adde triturando

Vitelli ovi (vel Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ) unciam semis.

Aquæ baccarum *Myrtus-Pimentæ* uncias octo.

Usus : Arthritis vaga.

Dosis : Uncia una—duæ, omni nocte.

*NB.* Si hæc dosis alvum pluries moveat, minuenda est.

## EMULSIO OLEOSA.

℞. Olei Amygdalini recenter et frigide pressi unciam unam.

Aquæ uncias sex.

Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ quantum satis,

Ut fiat emulsio, cui adde

Syrupi Amygdalini unciam semis.

Usus: *Catharrhus; tussis ex acri; dysenteria; nephritis; stranguria.*

Dosis: Cochlearia duo—tria sæpius de die.

---

## ENEMATA.

---

### ENEMA ACETATUM.

℞. Enematis communis (vel Aquæ) uncias quatuor—sex.

Aceti unciam unam—duas.

Injiciatur leniter et gradatim, ægro in latus sinistrum decumbente et retineat tamdiu quamdiu retinere possit; et repetatur sæpius pro re nata.

Usus: Obstipatio rebellis; ileus; apoplexia.

## ENEMA ADSTRINGENS.

℞. Gallarum pulv. unciam unam.
Aquæ libram unam semis.
Coque ad colaturam libræ unius.

Interdum adduntur :

Extracti Opii grana duo—tria.

Usus : Diarrhœa rebellis cum colica ; hæmorrhoides cæcæ quæ fluere non consueverunt ; prolapsus ; hæmorrhagia recti.

## ENEMA ALOETICUM.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ drachmam unam.
Solve in
Decocti Hordei (vel Avenæ) libra una.
Ut fiat enema, omni nocte vel alternis noctibus injiciendum.

Interdum adduntur :

Muriatis hydrargyri oxygenati grana duo.

Usus : Ascarides et lumbrici ; pituita morbosa intestinorum.

## ENEMA EX AMYLO.

℞. Amyli drachmam unam semis.

Tere cum aquæ frigidæ unciis duabus dein adjice

Aquæ bullientis uncias sex.

Coque per duo aut tria minuta; dein adde

Olei Lini (vel Olei Olivarum, aut Butyri) unciam semis.

Interdum adduntur:

Tincturæ Sedativæ guttæ quadraginta.

Usus: Dysenteria; dolor intestinorum, aut vesicæ; stranguria; tenesmus.

## ENEMA ANTISPASMODICUM.

℞. Gummi-resinæ Ferula-Assæ fœtidæ drachmas duas.

Aquæ libram unam.

Coque per quadrantem horæ. Colatura dividatur in enemata duo.

Usus: Spasmi hysterici; ataxia; singultus.

*Vel:*

℞. Infusi radicis Valerianæ officinalis uncias quatuor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0341-5 DFG

Moschi cum ſaccharo albo triti drachmam unam.

Miſce.

Interdum adduntur:

Tincturæ Sedativæ guttæ quadraginta-ſexaginta.

Usus : Convulſiones rebelles; ſingultus.

ENEMA ANTISPASMODICUM PRO INFANTIBUS.

℞. Infuſi radicis Valerianæ officinalis uncias tres.

Tincturæ Sedativæ guttas quinque—decem.

Pro infante 9—12 menſium.

Usus : Convulſio.

ENEMA AD ASCARIDES PRO INFANTIBUS.

℞. Foliorum Tanaceti vulgaris (vel Seminum Artemiſia-Santonici) unciam ſemis.

Aquæ uncias octo.

Coque leni igne vaſe clauſo ad colaturam unciarum ſex, in enemata duo dividendam.

Adde pro re nata:

Olei Lini uncias tres.

## ENEMA CATHARTICUM.

℞. Decocti pro enemate uncias decem.
Olei Olivarum uncias tres.
Gummi-resinæ Aloes perfoliatæ drachmam unam.
Sulfatis potassæ unciam unam.
Misce.

## ENEMA COMMUNE.

℞. Decocti pro enemate (vel decocti Hordei, Avenæ, Althææ aut Malvæ) uncias novem.
Olei Olivarum uncias tres.
Mellis unciam unam.
Misce.
Interdum additur:
Sulfatis sodæ (vel Muriatis sodæ) uncia semis.

## ENEMA INVOLVENS.

℞. Decocti Seminum Lini usitatissimi uncias octo.
Olei Lini uncias duas.
Misce.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0343-7

## ENEMA ROBORANS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis pulv. unciam unam.
Florum Matricaria-Chamomillæ drachmas duas.
Aquæ libram unam.
Coque ad colaturam unciarum novem cui adde
Vini rubri uncias tres.

Usus : Diarrhœa rebellis; prolapsus recti; dialeipyræ.

## ENEMA SEDATIVUM.

℞. Infusi Seminum Lini usitatissimi uncias sex.
Tincturæ Sedativæ guttas quadraginta.
Interdum adduntur :
Olei Lini (vel Olivarum) unciæ duæ.
Misce.

## ENEMA TEREBINTHINATUM.

℞. Terebinthinæ Pinus-Laricis, Vitello Ovi solutæ, drachmam unam — unciam semis.

Enematis communis libram unam.
Olei Lini,
Syrupi Rhamni Cathartici ana unciam unam.

Usus: Nephritis; ischuria calculosa; colica nephritica aut plumbea.

---

## GARGARISMATA.

### GARGARISMA ALUMINOSUM.

℞. Decocti Hordei libram unam.
Mellis Rosacei uncias tres.
Aluminis unciam semis.

Usus: Ulcera oris et faucium.

### GARGARISMA ANTISEPTICUM.

℞. Alcoholis diluti libram semis.
Pro gargarismate sæpius de die.
*Vel:*

℞. Infusi radicis Dorstenia-Contrayervæ uncias octo.
Aluminis drachmam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0345-8 DFG

Acidi Acetici,
Tincturæ Myrrhæ ana unciam unam.

Interdum, loco acidi acetici, adduntur:

Acidi sulfurici guttæ decem.

Usus: Cynanche ulcerosa, atonica, forma gargarismatis vel injectionis sæpius de die.

---

## GARGARISMA AD APHTHAS.

℞. Seminum fructus Pyrus-Cydoniæ unciam unam.

Aquæ bullientis uncias sedecim.

Coque ad colaturam unciarum duodecim cui adde

Boratis sodæ drachmas tres.
Mellis Rosacei unciam unam semis.

Usus eximius ad sistendum ptyalismum; Ulcera ex hydrargyro; aphthæ ex acido ventriculi.

## GARGARISMA COMMUNE.

℞. Decocti Hordei libram unam.
Oxymellis uncias tres.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0346-4 DFG

### GARGARISMA REFRIGERANS.

℞. Decocti Hordei libram unam.
Nitratis potassæ drachmas sex.
Oxymellis uncias duas.
Misce.

### GARGARISMA STIMULANS.

℞. Aquæ Cinnamomi ( vel Infusi ad Paralysin ) libram unam.
Carbonatis ammoniacæ liquidi unciam unam.

USUS : Tonsillitis pituitosa.

---

## GUTTÆ.

### GUTTÆ ACIDO-TONICÆ.

SYN. *Guttæ seu Elixir acidum* HALLERI.

℞. Alcoholis concentrati uncias duas.
Caute instilla
Acidi sulfurici unciam unam.

USUS : Dyspepsia ; atonia ventriculi ; asthenia nervosa ; erethismus ; ataxia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0347-0 DFG

Dosis : Guttæ octo — quindecim cum saccharo, in Haustu Aquæ vel Vini albi generosi, bis terve de die.

### GUTTÆ ANTIFEBRILES.

Syn. *Spiritus Diatrion rectificatus; mixtura simplex alba s. rectificata* Ph. D. *Mixtura simplex* Ludovici; *Mixtura Pyro - Tartarica* Ph. B. *Tinctura febrifuga acida.*

℞. Alcoholis Angelicæ compositi (sine Camphora) uncias duodecim.
Acidi tartarosi liquidi uncias octo.
Mixtis sensim instilla
Acidi sulfurici unciam unam.

Si unciæ uni adduntur Camphoræ grana decem, habentur:

### GUTTÆ ANTIFEBRILES ACIDÆ CAMPHORATÆ.

Vulgo *Mixtura simplex Camphorata.*

Virtus : Diaphoretica; antiseptica.

Usus : Phlogopyræ et Blechropyræ.

Dosis : Guttæ triginta—sexaginta, bis terve de die cum vehiculo proprio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0348-5

## GUTTÆ ARSENICALES.

℞. Solutionis arsenicatæ uncias duas.

Usus *cautus* : Dialeipyræ rebelles; morbi cutis rebelles; elephantiasis; hydrops? carcinoma.

Dosis *pro adulto* : Quatuor guttæ in haustu aquæ, successive ascendendo ad guttas decem, ter de die.

## GUTTÆ AD ARTHRODYNIAM.

Syn. *Liquor arthriticus* Elleri.

℞. Ætheris alcoholisati,
Succinatis ammoniacæ liquidi ana unciam unam.
Misce.

Usus : Arthrodynia rheumatica vel arthritica; dolores spasmodici varii.

Dosis : Guttæ viginti — triginta, bis terve de die in vehiculo idoneo.

## GUTTÆ AD BLENNORRHŒAM.

℞. Terebinthinæ (vulgo *Balsami*) Copaiferæ officinalis unciam unam.

Acidi nitrici alcoholisati ( vel Ætheris alcoholisati ) drachmam unam.

Misce.

Dosis : Guttæ triginta—quadraginta, cum Cochleari majori aquæ puræ vel aquæ Myrtus-Pimentæ omni mane et vesperi.

## GUTTÆ E CUPRO.

℞. Limaturæ Cupri grana quindecim.

Ammoniacæ unciam semis.

Usus : Epilepsia.

Dosis : Guttæ quatuor in haustu Hydromellis vel Aquæ mane et vesperi, augendo dosin gradatim ad guttas triginta, vacuo ventriculo.

## GUTTÆ DIGITALIS.

℞. Tincturæ Digitalis purpureæ uncias duas.

Usus : Hydrothorax ; anasarca ; hæmoptysis ; phthysis ulcerosa ; palpitatio ; physconia hepatis.

Dosis : Guttæ triginta, bis terve de die, aut sæpius gradatim, donec nauseam creet, in uncia una Aquæ Menthæ vel decocti Quassiæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0350-5 DFG

## GUTTÆ FERRATÆ.

℞. Sulfatis ferri ad rubedinem calcinati drachmas quatuor.

Tere in mortario vitreo et gradatim adde

Acidi nitrici drachmas sex.

Dein solutioni adjice

Aquæ unciam unam.

Usus : Asthenia nervosa et arteriosa ; dyspepsia ; cachexia pituitosa ; nephritis sabulosa.

Dosis : Guttæ sex — duodecim in vehiculo idoneo.

## GUTTÆ LAURO-CERASI.

℞. Aquæ Prunus-Laurocerasi uncias duas.

Usus : Scirrhus ; carcinoma ; tabes pulmonalis ; dysuria ; physconia hepatis.

Dosis : Guttæ triginta in haustu aquæ, bis terve de die.

## GUTTÆ OXYGENATÆ.

℞. Acidi sulfurici unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0351-1 DFG

Caute miſce cum

Aquæ unciis duabus; dein adde

Muriatis potaſſæ oxygenati grana decem.

Usus idem fere ac Potionis Nitricatæ; ſed delicatulis irritabilibus magis conveniens.

Dosis: Guttæ quatuor—duodecim in hauſtu aquæ, ter quaterve de die.

## GUTTÆ STOMACHICÆ.

℞. Tincturæ Cinnamomi,

——— *Catechu ana uncias duas.*

——— Myrtus-Pimentæ ſulfuricatæ, (vel Tincturæ Aromaticæ ſulfuricatæ) unciam ſemis.

Miſce.

Usus: Dyſpepſia; cardialgia; atonia ventriculi.

Dosis: Guttæ ſexaginta in hauſtu aquæ, ſenſim augendo doſin ad Cochlearia duo minora, ter de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0352-6 DFG

# HAUSTUS.

## HAUSTUS AMMONIACALIS.

℞. Carbonatis ammoniacæ grana quindecim.
Alcoholis Myrtus-Pimentæ drachmas duas.
Aquæ unciam unam semis.
Sacchari albi drachmam unam.

Misce fiat haustus ter de die sumendus.

Interdum additur :

Succi Citri uncia semis.

Usus : Blechropyræ; exanthemata atonica; catarrhus, aliive morbi ex transpiratione suppressa.

## HAUSTUS ANTIEMETICUS.

℞. Carbonatis potassæ scrupulum unum.
Aquæ Cinnamomi unciam unam.
Ut fiat haustus, superbibendo mox,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0353-2 DFG

Succi citri et aquæ ana unciam semis.

Usus : Vomitus rebellis.

## HAUSTUS BALSAMICUS.

℞. Balsami Toluiferæ balsamicæ (vel Balsami Myroxyli peruiferi) vitello ovi soluti grana viginti.

Aquæ unciam unam.

Adde pro re nata :

Alcoholis diluti,

Syrupi Althææ ana drachmas duas.

Ut fiat haustus, mane et vesperi sumendus.

Usus : Morbi viarum urinariarum, pulmonum, aliorumve viscerum pituitosi.

## HAUSTUS CARDIACUS.

℞. Aquæ Cinnamomi unciam unam semis.

Aquæ nucis Myristicæ moschatæ drachmas duas.

Radicis Dorstenia-Contrayervæ pulv. grana octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0354-8
DFG

Syrupi Cinnamomi drachmas tres.

Misce, fiat haustus, ter quaterve de die sumendus.

Interdum adduntur:

Phosphatis calcis stibiati grana quatuor.

Usus: Blechropyræ; cynanche ulcerosa, atonica.

HAUSTUS CATHARTICUS OLEOSUS.

℞. Olei seminis Ricini communis unciam unam.

*Alcoholis diluti*,

Sacchari ana unciam semis.

Misce, fiat haustus.

Quandoque, loco alcoholis, sumitur:

Vel Succi citri uncia semis.

Vel Ætheris alcoholisati guttæ viginti.

Usus *eximius*: Obstipatio rebellis; ileus; dysenteria.

HAUSTUS CATHARTICUS PRO INFANTIBUS.

℞. Radicis Rhei palmati grana sex—octo.

Carbonatis calcis grana decem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0355-4
DFG

Aquæ puræ drachmas tres.
——— Cinnamomi drachmas duas.
Syrupi simplicis drachmam unam.

Misce.

Interdum adduntur:

Muriatis hydrargyri granum unum--duo.

## HAUSTUS CATHARTICUS SALINUS.

℞. Sulfatis magnesiæ ( vel Sulfatis sodæ aut potassæ ) drachmas sex.
Magnesiæ grana sex.
Aquæ uncias tres.
Tincturæ cardamomi drachmam unam.

Misce, fiat haustus.

*Vel:*

℞. Phosphatis sodæ unciam unam — duas.
Juris carnium non saliti ( vel Aquæ ) uncias sex — octo.

Misce, haustu pro uno aut duobus sumendum.

Usus egregius, præcipue ubi alia cathartica vomitu rejiciuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0356-0
DFG

## HAUSTUS DIURETICUS.

℞. Aquæ Cinnamomi drachmas sex.
Oxymellis scillitici drachmam unam semis.
Tincturæ Lavandulæ compositæ drachmam semis.
Carbonatis potassæ grana decem.
Misce, fiat haustus omni nocte sumendus.
Interdum adduntur :
Tincturæ Sedativæ guttæ viginti.

*Usus* : Hydropes ; asthma ; morbi pectoris chronici.

## HAUSTUS EMETICUS.

℞. Aquæ destillatæ,
Vini Stibiati ana unciam semis.
Misce, fiat haustus.

*Vel* :

℞. Tincturæ Psycothriæ emeticæ unciam semis.
Tartritis potassæ stibiati grana unum.
Misce, fiat haustus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0357-5
DFG

*Vel:*

℞. Tartritis potassæ stibiati grana tria.
Dissolve in
Aquæ puræ unciis sex.

Dosis : Cochleare majus omni quadrante horæ, donec vomitus cieatur.

*Vel:*

℞. Radicis Psycothriæ emeticæ grana viginti quinque.
Oxymellis scillitici drachmam unam.
Aquæ puræ unciam unam.
Misce, fiat haustus.

## HAUSTUS AD HYDROPEM.

℞. Tartritis potassæ aciduli drachmas duas.
Aquæ puræ (vel Aquæ Myrtus-Pimentæ) uncias quinque.
Misce, fiat haustus, ter quaterve, aut sexies de die sumendus.

Usus eximius in ascite et anasarca.

## HAUSTUS OLEOSUS.

℞. Olei Amygdalarum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0358-1 DFG

Aquæ Myrtus-Pimentæ ana unciam unam.

Misce, fiat haustus omni sexta hora sumendus.

Interdum adduntur:

Vel Syrupi Papaveris somniferi drachma una—duæ.

Vel Tincturæ Sedativæ guttæ octo.

Usus: Catarrhus; morbi pectoris cum tussi sicca; raucedo.

HAUSTUS OLEOSUS LAXANS.

℞. Olei Amygdalarum,

Tincturæ Cassia-Sennæ ana unciam unam.

Misce, fiat haustus.

HAUSTUS EX OLIBANO.

℞. Gummi-Resinæ Juniperi Lyciæ (vulgo *Olibanum* dictæ)

Sacchari albi ana drachmam semis.

Aquæ drachmas decem.

Alcoholis corticis fructus Citrus-aurantii drachmas duas.

Misce, fiat haustus bis die sumendus.

Usus: Leucorrhœa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0359-9
DFG

### HAUSTUS SEDATIVUS s. HYPNOTICUS.

℞. Tincturæ Sedativæ guttas viginti.
Aquæ Menthæ crispæ unciam unam.
Aquæ florum Citrus-aurantii drachmas duas.
Misce, fiat haustus hora somni sumendus.

### HAUSTUS E SENNA.

℞. Foliorum Cassia-Sennæ drachmas duas.
Aquæ bullientis uncias tres.
Macera per horam et colaturæ adde
Sulfatis magnesiæ drachmas tres.
Tincturæ Sennæ unciam semis.

Usus : Obstipatio.

### HAUSTUS TEREBINTHINATUS.

℞. Terebinthinæ (vulgo *Balsami*) Copaiferæ officinalis, vitello ovi solutæ, drachmam semis.
Aquæ unciam unam.
Alcoholis Myrtus-Pimentæ,
Syrupi Althææ ana drachmas duas.
Misce, fiat haustus mane et vesperi sumendus.

Usus : Blennorrhœa; morbi viscerum pituitosi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0360-1
DFG

# INFUSA AQUOSA,

*Seu Infuſa proprie sic dicta.*

---

## INFUSUM AMARUM.

℞. Radicis Gentianæ luteæ unciam semis.
Corticis fructus Citrus-aurantii drachmas duas.
Aquæ bullientis uncias duodecim.
Macera per bihorium et colaturæ adde
Alcoholis corticis Citrus-aurantii drachmas sex.

Usus : *Cardialgia ; dyspepsia ; debilitas ventriculi.*

Dosis : Unciæ tres, bis die.

Interdum singulis dosibus adduntur :
Vel Carbonatis potassæ grana quindecim.
Vel Acetitis potassæ drachma una.
Vel Vini ferrati guttæ quinquaginta.

## INFUSUM ANTIHYDROPICUM.

℞. Infusi amari,
—— ad Paralysin ana libram unam.
Misce.

Dosis : Unciæ quatuor, bis die.

## INFUSUM ANTHELMINTHICUM.

℞. Herbæ Spigelia - Anthelmiæ unciam semis.

Aquæ bullientis uncias sex.

Macera per bihorium et cola.

Dosis : Uncia una semis ad uncias duas, vesperi.

Interdum adduntur ante macerationem:

Radicis Aristolochia-Serpentariæ drachmæ duæ.

*Vel:*

℞. Nidi Polypi marini incogniti (vulgo *Conferva Corallina* s. *Fucus Helminthochorton* dicti) drachmas duas—octo.

Aquæ bullientis libram unam.

Macera per horam et cola.

Dosis : Libra una vasculatim omni mane.

## INFUSUM ANTHEMIS.

℞. Florum Anthemis nobilis drachmas tres.

Aquæ bullientis libram semis.

Macera per horam, et colaturæ adde

Carbonatis potassæ drachmam unam.

Alcoholis Nucis Myristicæ moschatæ unciam unam—duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0362-2 DFG

Usus : Dialeipyræ rebelles ; dyspepsia ; pyrosis.

Dosis : Unciæ duæ, sexta quaque hora.

INFUSUM BRUCEÆ.

℞. Corticis Bruceæ ferrugineæ pulv. drachmas tres.

Aquæ bullientis uncias octo.

Macera per horam et cola.

Usus : Dysenteria. — Hoc remedio Africæ interioris incolæ cum successu utuntur, et ex eorum consilio sese ipsum dysenteria liberavit J. Bruce, cui cognitionem hujus plantæ debemus.

Dosis : Uncia una semis, ter quarterve de die, abstinendo ab omni potu.

INFUSUM CALCIS.

Syn. *Aqua calcis ; solutio calcis.*

℞. Testarum Ostreæ edulis recenter calcinatarum libram unam.

Aquæ puræ libras octo.

Agitentur subinde, et subsidente calce liquor clarus effundatur ac in vase probe clauso usui servetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0363-8 DFG

Usus *internus*: Pyrosis, diarrhœa, dysenteria etc. ex acido; morbi ex calculo viarum urinariarum; diabetes; podagra; leucorrhœa; scrophula; malacosteon; morbi pituitosi; tabes; vermes; ulcera laxa, humida. *Externus forma lotionis*: Ulcera laxa; ulcera syphilitica genitalium ex coitu recentia; vitia cutis; ambustura; gangræna. *Forma injectionis*: Blennorrhagia (initio); calculus vesicæ urinariæ.

*NB*. Antidotum arsenici.

Dosis: Unciæ quatuor—sex, sæpius de die, cum vel ſine lacte.

INFUSUM CALCIS CINCHONATUM.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis uncias duas.
Infusi Calcis libras duas.

Digere vase bene clauso per viginti quatuor horas sæpius agitando, dein liquorem per subsidentiam depuratum effunde et in vase clauso usui serva.

Usus: Pyrosis; cardialgia; leucorrhœa; ulcera crurum; morbi arthritici; morbi ex hydrargyro.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0364-4 DFG

## INFUSUM CANNABIS.

℞. Seminis Cannabis sativæ integri unciam unam.

Aquæ bullientis libras quatuor.

Digere calide per bihorium, dein coque per tria aut quatuor minuta; colaturæ adde

Sacchari (vel Syrupi Amygdalini) quantum placet.

Usus pro potu ordinario : Blennorrhagia; dysuria; stranguria.

## INFUSUM CARDIACUM.

℞. Radicis Dorstenia-Contrayervæ,

——— Aristolochia - Serpentariæ ana drachmas duas.

Aquæ bullientis uncias duodecim.

Macera per bihorium et colaturæ adde

Alcoholis Myrtus-Pimentæ uncias quatuor.

Usus : Blechropyræ; exanthemata retrocedentia, atonica.

Dosis : Cochlearia quatuor, omni sexta hora.

## INFUSUM CARDIACUM ACETATUM.

℞. Infusi Cardiaci libram unam.

Acidi Acetici uncias duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0365-9
DFG

Usus : Blechropyra petechialis.

Dosis : Cochlearia quatuor, sexta quaque hora.

### INFUSUM CINCHONÆ.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis pulv.
Alcoholis Cinnamomi ana uncias duas.
Simul tritis affunde
*Aquæ bullientis libras duas.*

Digere per biduum, sæpe agitata phiala; dein cola.

Dosis : Cochlearia quatuor majora, bis terve de die.

### INFUSUM DIGITALIS.

℞. Foliorum Digitalis purpureæ, tempore florescentis plantæ collectorum et in umbra siccatorum, drachmam unam.
Aquæ bullientis uncias octo.

Infunde per quadrihorium, et colaturæ adde

Aquæ cujusdam aromaticæ unciam unam.

Usus : Hydrothorax; ascites? hæmoptysis; tabes pulmonalis? palpitatio cordis; mania a sero effuso. *Vide* Tractatum doctoris Withering.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0366-5 DFG

*NB.* Virum quinquagenarium hydrothorace cum physconia hepatis laborantem et apparenter morti proximum hoc infuso solo intra 12 dies restitui.

Dosis : Uncia semis — una, continuando donec nauseam cieat.

*NB.* Si alvum moveat, singulæ dosi adduntur Tincturæ Sedativæ guttæ sex-octo.

## INFUSUM LEDI.

℞. Foliorum Ledi palustris unciam semis— unam.

Aquæ (*vel Lactis aut Seri Lactis*) bullientis libram unam.

Infunde per horam.

Usus : Lepra; psora; tinea; pertussis?

Dosis : Libra semis—una, bis die.

## INFUSUM LINI.

℞. Seminum Lini usitatissimi unciam unam.

Radicis Glycyrrhizæ glabræ unciam semis.

Aquæ bullientis libras duas.

Digere calide per horas quatuor et cola.

Usus : Stranguria; tussis ab acri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0367-1 DFG

### INFUSUM MENYANTHIS.

℞. Foliorum Menyanthis trifoliatæ unciam unam.

Aquæ bullientis libram unam.

Macera per bihorium.

Usus : Dialeipyræ; morbi viscerum pituitosi; dyspepsia.

Dosis : Unciæ quatuor, bis die.

### INFUSUM AD PARALYSIN.

℞. Radicis Cochlearia-Armoraciæ,

Seminum Sinapis nigri contusorum ana unciam unam semis.

Aquæ bullientis libras duas.

Macera per bihorium et colaturæ adde,

Alcoholis uncias duas.

Usus : Paralysis.

Dosis : Unciæ quatuor, bis die.

### INFUSUM PECTORALE.

℞. Foliorum Glecomatis hederaceæ,

——— Tussilago-Farfaræ ana unciam unam.

Radicis Glycyrrhizæ glabræ unciam semis.

Aquæ bullientis libras duas.
Macera per bihorium et cola.
Sumat quotidie.

Usus : Morbi pulmonum atonici; phthysis.

### INFUSUM QUASSIÆ.

℞. Rasuræ ligni Quassiæ amaræ drachmas duas.
Aquæ bullientis libram unam.
Digere per horam et cola.

Usus : Dyspepsia; dialeipyræ.

Dosis : Uncia semis—una, sæpius de die.

### INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

Syn. *Aqua Laxativa Viennensis.*

℞. Foliorum Cassia-Sennæ drachmas tres—quatuor.
Seminis Amomum-Cardamomi (vel Coriandri sativi) integrorum drachmam unam.
Tartritis potassæ (vel Tartritis sodæ) drachmas sex.
Aquæ bullientis uncias sex.

Stent in digestione calida per bihorium, dein adde

Syrupi simplicis (vel si placet Mannæ) unciam unam.

Colatura uno vel partito haustu absumenda.

Interdum loco syrupi aut mannæ initio digestionis additur

Baccarum Vitis apyrenæ siccatarum uncia semis—una.

Et tunc colatura exprimitur.

## INFUSUM VALERIANÆ.

℞. Radicis Valerianæ officinalis pulv. unciam unam.

Aquæ bullientis uncias duodecim.

Macera per bihorium et colaturæ adde:

Vel Tincturæ Lavandulæ compositæ drachmas sex.

Vel Tincturæ Valerianæ ammoniacalis drachmas tres.

Usus : Morbi spasmodici; vermes.

Dosis : Unciæ tres, bis terve die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0370-6
DFG

# LINCTUS.

## LINCTUS AD APHTHAS.

℞. Mucilaginis seminum Cydoniorum (vel Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ),
Syrupi fructus Mori nigræ ana unciam unam.
Boratis sodæ drachmam unam — duas.
Misce, fiat linctus.

Usus: Aphthæ; ulcera oris et faucium ex hydrargyro, aut ex acido ventriculi.

## LINCTUS COMMUNIS.

Syn. *Loch album Cod.* Paris.

℞. Amygdalarum dulcium decorticatarum numero viginti quatuor.
Amygdalarum amararum decorticatarum numero quatuor.
Sacchari albi unciam unam.
Adde paulatim terendo
Aquæ uncias quinque.
Ut fiat emulsio, in qua dissolve
Gummi Astragalus-Tragacanthæ grana octodecim.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0371-2 DFG

Aquæ Florum Citrus-Aurantii drachmas tres.

Misce, fiat linctus.

Interdum additur:

Olei Amygdalarum uncia semis.

Et loco, sacchari, *Syrupi Papaveris somniferi* uncia una.

### LINCTUS EXPECTORANS.

℞. Syrupi Althææ unciam unam.

Oxymellis scillitici unciam semis—unam.

Misce, *fiat linctus*.

Usus: Expectoratio difficilis; asthma; morbi pulmonum pituitosi, atonici; pneumonitis et catarrhus, præmissis præmittendis.

Dosis: Cochleare parvulum sæpius de die.

*Vel:*

℞. Olei Amygdalarum unciam unam semis.

Syrupi Balsamici unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0372-8 DFG

Oxymellis (vel Syrupi Scillitici) unciam semis.

Misce.

Usus : Asthma ; dyspnœa ; catarrhus.

Dosis : Cochleare parvulum sæpius de die.

## LINCTUS LENIENS.

℞. Mucilaginis Gummi Mimosæ Niloticæ pulv. drachmas duas.
Aquæ Cerasorum unciam semis.
Simul tritis adde
Olei Amygdalarum,
Syrupi Amygdalini ana unciam unam.

Usus : Catarrhus recens.

## LINCTUS OLEOSUS.

℞. Olei Amygdalarum unciam unam.
Sacchari albi drachmas duas.
Simul tritis adde
Syrupi Althææ (vel pro re nata Syrupi Papaveris somniſeri) unciam unam.
Misce, fiat linctus.

Usus : Catarrhus ; tussis sicca ; raucedo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0373-4 DFG

# LIQUORES.

---

## LIQUOR BALSAMICO-AROMATICUS.

SYN. *Balsamus Vitæ* HOFFMANNI;
*Mixtura Oleoso-Balsamica* Ph. B.

℞. Olei volatilis Lavandula-Spicæ,
—— —— Origanum-Majoranæ,
—— —— Florum Caryophilli aromatici,
—— —— Integumenti nuclei Myristicæ moschatæ,
—— —— Corticis Laurus-Cinnamomi,
—— —— Corticis Citri medicæ expressi ana scrupulum unum.
—— —— Rutæ graveolentis,
—— —— Succini ana guttas decem.
Balsami Myroxyli peruiferi drachmam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0374-9 DFG

Alcoholis concentrati uncias decem.

Mixta digere frigide per quindecim aut triginta dies.

Interdum adduntur :

Ambræ griseæ grana quindecim.

Moschi grana decem.

Usus : Atonia ventriculi; flatulentia; colica; diarrhœa. *Externus* ad partes debilitatas roborandas.

Dosis : Guttæ decem—viginti.

## LIQUOR EXCITANS.

Syn. *Spiritus salis ammoniaci lacteus.*
G. *Eau de Luce.*

℞. Alcoholis concentrati uncias quatuor.

Saponis medicinalis grana duodecim.

Olei Succini limpidi drachmas duas.

Mixta sæpius agita ut fiat solutio; dein cola liquorem et adde

Ammoniacæ uncias sedecim.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0375-5

Agitando miſce, donec colorem lacteum aſſumat liquor.

Virtus : Summe penetrans, excitans, errhina.

Usus *præcipue externus pro odoratu*: Hyſteria; aſphyxia; ſyncope; cephalæa.

Dosis : Guttæ quindecim—viginti in vehiculo.

LIQUOR AD NEPHRITIDEM CALCULOSAM.

( Vulgo *Adam's Solvent.* )

℞. Capſularum ſeminalium Papaveris somniſeri uncias quatuor—octo.

Aquæ bullientis libras duas.

Coque ad uncias octo; deinde liquorem prelo expreſſum cola, et adde

Nitratis potaſſæ unciam unam.

Usus: Hic liquor, hactenus ſecreto habitus, eximius eſt in morbis viarum urinariarum dolorificis.

Dosis : Drachmæ duæ, ſeu Cochlearia duo parvula, mane et veſperi, ex cyatho amplo cujuſvis liquoris idonei.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0376-1 DFG

# MIXTURÆ.

---

## MIXTURA ADSTRINGENS.

℞. Extracti ligni Hæmatoxyli Campechiani drachmas tres.

Alcoholis Cinnamomi unciam unam semis.

Simul tritis adde

Aquæ uncias septem.

Tincturæ Gummi-Resinæ Kino (vel Tincturæ catechu) drachmas duas.

Misce.

Interdum additur:

Vel Carbonatis calcis drachma una.

Vel Tincturæ Sedativæ drachma semis—una.

Usus: Dysenteria, et diarrhœa chronica; Blennorrhœæ variæ.

Dosis: Cochlearia duo majora, omni quarta aut quinta hora.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0377-7

## MIXTURA BALSAMICA (Fulleri.)

℞. Terebinthinæ Copaiferæ officinalis drachmas tres.
Vitelli ovi drachmam unam semis.
Simul subactis paulatim adde
Aquæ Cinnamomi (vel pro re nata, Vini albi generosi) uncias sex.
Syrupi Balsamici unciam unam semis.

Usus: Tussis catarrhalis chronica; phthysis pituitosa; blennorrhœa.

Dosis: Cochleare majus mane et vesperi.

## MIXTURA CARDIACA.

℞. Olei volatilis corticis Laurus-Cinnamomi guttas tres.
Sacchari albi unciam semis.
Simul tritis adde terendo
Vitelli ovi numero duo.
Vini albi generosi uncias sex.
*Vel:*

℞. Aquæ Menthæ piperitæ uncias quinque.
Electuarii Cardiaci drachmas duas.
Alcoholis Cinnamomi,
Syrupi Cinnamomi ana unciam unam.

Dosis: Cochlearia duo—tria omni sexta hora.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0378-2
DFG

## MIXTURA CINCHONÆ.

℞. Decocti corticis Cinchonæ officinalis,
Aquæ Cinnamomi, ana uncias octo.
Extracti Cinchonæ unciam unam.
Tincturæ Cinchonæ uncias duas-quatuor.

*Vel:*

℞. Extracti Corticis Cinchonæ officinalis, unciam unam.
Aquæ uncias duodecim.
Tincturæ Cinnamomi,
Syrupi Balsamici, ana uncias duas.
Misce.

Usus: Dialeipyræ rebelles, aliive morbi periodici; hæmorrhœæ; astenia generalis.

Dosis: Cochlearia tria — quatuor majora (unciæ duæ), ter quaterve aut sæpius de die.

Interdum adduntur singulis dosibus:
Vel Aluminis grana quinque—decem.
Vel Muriatis ammoniacæ grana decem.
Vel Tincturæ Sedativæ guttæ quinque.
Vel Pulv. Rhei palmati grana tria.

MIXTURA DEOBSTRUENS (MUTZEL).

℞. Tartritis potassæ unciam semis.

Extracti Gentiana-Centaurei drachmas duas.

Aquæ uncias octo.

*Vel:*

℞. Tartritis potassæ,

Mellis ana unciam semis.

Aquæ Cinnamomi uncias octo.

Ætheris alcoholisati drachmam unam.

USUS: Melancholia; mania; physconia hepatis, aliorumve viscerum abdominalium.

DOSIS: Initio uncia dimidia omni bihorio; deinde tantum ter de die.

MIXTURA DIAPHORETICA.

℞. Carbonatis ammoniacæ drachmam unam.

Sacchari albi drachmam unam semis.

Simul tritis adde

Aquæ destillatæ uncias quinque.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0380-2 DFG

Alcoholis Cinnamomi unciam unam.
Misce.

Quandoque, loco Carbonatis ammoniacæ, sumuntur:

Vel Acetatis ammoniacæ drachmæ duæ.
Vel Citratis ammoniacæ drachmæ duæ.

Usus: Catarrhus, aliive morbi ex transpiratione suppressa.

Dosis: Cochlearia tria—quatuor, ter quaterve de die.

Interdum adduntur:

Vel Nitratis potassæ drachma una.
Vel Emulsionis Gummi-resinæ ammon unciæ duæ.
Vel Olei Amygdalarum unciæ duæ.

## MIXTURA DIURETICA.

℞. Aquæ Juniperi uncias octo.
Ætheris nitrici alcoholisati,
Aceti Scillitici ana unciam unam.
Alcoholis Cochleariæ compositi,
Syrupi Zingiberis, ana uncias duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0381-8

*Vel:*

℞. Aquæ uncias octo.
Nitratis potassæ drachmas duas.
Radicis Scillæ maritimæ pulv. drachmam semis.
Oxymellis Scillitici unciam unam.
Misce.

Usus : Hydrops; morbi pectoris pituitosi.

Dosis : Cochlearia duo-tria, ter de die.

MIXTURA EXPECTORANS.

℞. Emulsionis Gummi - resinæ Ammon uncias sex.
Alcoholis Cinnamomi unciam unam.
Oxymellis ( vel Syrupi ) Scillitici unciam semis—unam.
Misce.

*Vel:*

℞. Gummi-Resinæ Ammon drachmam unam semis.
Aceti Scillitici quantum satis,
Ut fiat solutio, cui adde
Aquæ Hyssopi ( vel Cinnamomi ) uncias octo.

Acetatis (vel Carbonatis) ammoniacæ drachmam unam.

Oxymellis (vel Syrupi) Scillitici unciam unam.

Usus: Asthma, aliive morbi pulmonum aut hepatis pituitosi, atonici; hydrops.

Dosis: Cochlearia duo — tria majora, ter quaterve de die.

## MIXTURA FŒTIDA.

℞. Aquæ Menthæ piperitæ uncias septem.
Tincturæ fœtidæ ammoniacalis unciam unam.

Usus: Lipothymia et languor hystericarum.

Dosis: Cochlearia duo majora sæpius.

## MIXTURA LENIENS.

Syn. *Loch.*

℞. Olei Amygdalarum (vel Olei Lini) recenter et frigide expressi unciam unam.
Aquæ uncias sex.
—— Florum Citrus-Aurantii unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0383-9

Mucilaginis Gummi Mimosæ Niloticæ uncias duas.

Syrupi Amygdalini unciam semis.

Intime triturando misce.

*Vel :*

℞. Adipo-ceræ physeteris, leni igne fusæ, drachmas duas.

Vitelli ovi quantum satis,

Misce terendo in mortario calefacto ut fiat solutio, cui adde

Aquæ Menthæ uncias quatuor.

Nitratis potassæ drachmam unam.

Usus : Pneumonitis ; tussis ab acri ; hæmoptysis ; expectoratio difficilis ; catarrhus ; raucedo ; dolores spasmodici primarum viarum ; dysuria ; stranguria.

Dosis : Cochlearia duo majora, ter quaterve de die.

## MIXTURA MENTHÆ.

Syn. *Julepum Menthæ.*

℞. Aquæ Menthæ viridis (vel crispæ) uncias octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0384-5
DFG

Alcoholis Menthæ,
Syrupi Menthæ ana unciam unam.
Misce.

Usus : Nausea; vomitus; gastrodynia.

Dosis : Cochlearia quatuor, ter de die.

Interdum adduntur singulis dosibus:

Vel Tincturæ Sedativæ guttæ tres.
Vel ——— Lavandulæ compositæ guttæ triginta.
Vel Electuarii aromatici grana tria.
Vel Radicis Psychotriæ emeticæ granum unum.

## MIXTURA E MOSCHO.

Syn. *Julepum e Moscho.*

℞. Aquæ Menthæ viridis uncias quinque.
Alcoholis Juniperi compositi unciam unam.
Moschi scrupulos duos.
Gummi Mimosæ Niloticæ aqua soluti drachmam unam.
Syrupi simplicis drachmas tres.

Usus : Convulsio; delirium; mania.

Dosis : Cochlearia tria, sexta quaque hora.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0385-1 DFG

## MIXTURA MYRRHÆ ALCALISATA (GRIFFITH).

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ drachmas duas.
Carbonatis potassæ drachmam unam.

Simul in pulverem subtilissimum tritis adde

Aquæ Menthæ uncias tredecim.
Alcoholis Menthæ unciam unam semis.
Sulfatis ferri grana viginti — triginta.
Syrupi balsamici unciam semis—unam.

Misce.

USUS *eximius* : Cachexia hydropica ; debilitas generalis , præcipue post febres aut hæmorrhagias ; morbi ex acido primarum viarum ; phthysis pituitosa ; leucorrhœa ; tabes ( sine inflammatione ) ; Blechropyræ ; dialeipyræ.

DOSIS : Cochlearia quatuor majora ter die viz : mane, bihorio post prandium, et noctu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0386-7 DFG

## MIXTURA OLEOSA.

℞. Olei Amygdalarum recenter pressi,
Aquæ Cinnamomi, ana unciam unam.
Misce agitando; dein adde
Emulsionis amygdalinæ uncias decem.
Et, pro re nata, adjice
Syrupi Papaveris somniferi unciam unam.

Si adduntur Carbonatis potassæ liquidi guttæ quadraginta, habetur:

## *MIXTURA OLEOSA ALCALISATA.*

Usus: Tussis; dolores spasmodici ventriculi et intestinorum; nephritis calculosa; dysmenorrhœa.

Dosis: Cochlearia duo—tria majora, ter quatervē, aut sexies de die.

## MIXTURA REFRIGERANS.

℞. Nitratis potassæ drachmas tres.
Sacchari albi unciam unam.
Aquæ uncias octo.
Acidi Tartarosi (vel Acidi Sulfurici diluti) scrupulum unum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0387-2 DFG

Misce.

Interdum additur:

Olei Amygdalarum (vel Lini) uncia una—duæ.

*Vel:*

℞. Aquæ uncias octo.

Nitratis potassæ,

Tartritis potassæ aciduli, ana drachmas duas.

Syrupi Rubi idæi acetati unciam unam.

Misce.

Usus: Phlogopyræ cum vel sine inflammatione topica; æstus sanguinis; tussis catarrhalis; rubeola; blennorrhagia; dysuria; dolores spastici primarum viarum; dolores post partum.

Dosis: Cochlearia duo majora, omni bihorio.

## MIXTURA ROBORANS.

℞. Aquæ Cinnamomi uncias octo.

Tincturæ Cinnamomi unciam unam—duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0388-8 DFG

Syrupi Cinnamomi unciam unam.
Misce.
Interdum adduntur:
Tincturæ Sedativæ guttæ quadraginta.
*Vel:*

℞. Gummi-resinæ Kino drachmas duas.
Nitratis potassæ drachmam unam.
Simul probe tritis adde
Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ uncias duas.
Electuarii adstringentis drachmas duas.
Probe terendo misce, et paulatim adde
Acidi acetici unciam unam semis.
Aquæ Cinnamomi uncias sex.
Syrupi Cinnamomi unciam unam.

Usus: Metrorrhagia; mensium fluxus immodicus versus periodum emansionis.

Dosis: Cochleare unum—duo, omni quarta aut sexta hora.

MIXTURA SALINA (Riverii).

℞. Carbonatis potassæ drachmas duas.
Succi fructus Citri medicæ uncias tres.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0389-6

Aquæ Cinnamomi uncias sex.
Sacchari albi unciam semis.
Misce.

Usus : Phlogopyræ et Blechropyræ variæ ; nausea ; vomitus.

Dosis : Cochlearia tria majora, omni quinta aut sexta *hora.*

Interdum adduntur singulis dosibus :

Vel Electuarii Cardiaci scrupulus unus.
Vel Oxymellis Scillitici drachma una.
Vel Radicis Rhei palmati grana quinque.
Vel Radicis Valerianæ officinalis drachma semis.
Vel Tincturæ Lavandulæ compositæ guttæ triginta.
Vel Vini Stibiati guttæ sex.
Vel Acidi Acetici drachma semis.
Vel Tincturæ aromaticæ sulfuricatæ guttæ decem.

## MIXTURA SEDATIVA.

℞. Aquæ uncias sex.
Tincturæ Sedativæ,

Ætheris alcoholisati ana drachmam unam.

Syrupi simplicis unciam unam.

Misce.

*Vel:*

℞. Aquæ florum Citrus-Aurantii uncias sex.

Extracti Opii grana tria.

Ætheris sulfurici drachmam unam.

Sacchari albi unciam semis.

Misce.

Usus : Dolores spasmodici ; cardialgia ; colica ; dolores partus spurii ; dolores et spasmi ex calculo vesiculæ felleæ.

Dosis : Cochleare unum majus, omni hora vel bihorio, donec dolor levetur.

*MIXTURA SEDATIVO-AROMATICA.*

℞. Aquæ Menthæ piperitæ uncias quinque.

Alcoholis Nucis Myristicæ moschatæ unciam unam.

Electuarii Aromatici ( vel Cardiaci ) drachmas duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0391-7

Tincturæ Sedativæ drachmam unam—duas.
Sacchari albi drachmas tres.
Misce.
Interdum adduntur:
Tincturæ Guajaci ammoniacalis guttæ triginta.

Usus: Nausea et cardialgia, aut colica podagrica vel flatulenta.

Dosis: Cochlearia tria majora, omni semihora vel hora, donec sedatus fuerit dolor.

### MIXTURA SEDATIVO-REFRIGERANS.

℞. Aquæ uncias sex.
Acidi Acetici unciam unam.
Nitratis potassæ unciam semis.
Syrupi Rubi idæi acetati unciam unam.

Dosis: Cochleare unum-duo, omni bihorio.

### MIXTURA STYPTICA.

℞. Sulfatis cupri (vel Acetatis plumbi) scrupulum unum.
Aquæ Cinnamomi libram unam semis.
Misce.

Usus: Metrorrhagia rebellis (H. Smith).

Dosis: Drachmas tres-sex, ter quaterve de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0392-3
DFG

# OLEA.

---

## OLEUM SULFURATUM.

SYN. *Balsamum Sulphuris off.*

℞. Olei Olivarum uncias octo.
Sulphuris purificati unciam unam.

Coque leni igne in vase amplo ferreo, assidue agitando, donec in massam coeat.

USUS: Morbi pectoris pituitosi; expectoratio difficilis.

DOSIS: Guttæ decem — triginta.

## OLEUM AD TORMINA VENTRIS.

℞. Olei Cocti Chamomillæ,
— Volatilis Menthæ ana uncias duas.
— — Carvi,
— — Cumini,
— — Fœniculi ana drachmam semis.

Misce.

USUS *externus pro frictione*: Colica flatulenta; tympanites; physconia hepatis aut lienis.

# PILULÆ.

---

## PILULÆ AMARO-CATHARTICÆ.

Syn. *Pilulæ Polychrestæ Balsamicæ* (Stahlii).

℞. Gummi-resinæ *Thujæ articulatæ*,
——— ——— Hedera-Helicis, ana uncias duas cum dimidia.
——— ——— Myrrhæ,
Extracti aquosi Aloës perfoliatæ, ana uncias duas.
——— Menyanthis *trifoliatæ*,
——— Artemisia-Absinthii,
——— Centaureæ benedictæ, ana drachmas quindecim.
——— Fumariæ officinalis,
——— Hellebori nigri,
Radicis Rhei palmati pulv. ana drachmas quinque.
Terebinthinæ Pinus - Laricis unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0394-4 DFG

Misce, fiant pilulæ granorum quatuor.

*NB.* Quidam, loco Terebinthinæ, addunt:

Resinæ Pistacia-Lentisci,

Balsami Styracis Benzoin, ana unciam semis.

Usus: Dyspepsia; morbi viscerum pituitosi, atonici; physconia abdominalis, præmissis præmittendis.

Dosis: Pilulæ quatuor—quinque, bis die.

## PILULÆ ANTHELMINTHICÆ (*Schmucker*).

℞. Seminum Sabadillæ cum capsulis et involucris,

Mellis, ana unciam semis.

Simul intime mixta divide in pilulas granorum quinque.

Interdum adduntur:

Olei volatilis seminis Anethum-Fœniculi guttæ viginti.

Dosis *adultis*: Pilulæ sex mane et vesperi. *Junioribus*: Pilula una—duæ; interpolato omni octiduo cathartico.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0395-0
DFG

## PILULÆ ANTICACHECTICÆ (HAEN).

℞. Saponis medicinalis unciam semis.
Gummi-resinæ Ammon drachmas tres.
Massæ Pilularum Rufi drachmam semis.
Tincturæ Myrrhæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

USUS: Chlorosis; amenorrhœa, aliive morbi pituitosi.

DOSIS: Pilulæ quatuor, ter de die.

## PILULÆ ARSENICATÆ.

℞. Oxydi Arsenici albi recenter parati grana centum.
Fructus piperis nigri selecti grana 600.

Probe contunde per intervalla successive per quadriduum in mortario ferreo; dein læviga massam super lapidem marmoreum pistillo marmoreo in pulverem impalpabilem, addendo

Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ diluti grana 900.
Ut fiat massa in pilulas granorum duorum dividenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0396-6
DFG

Usus : Elephantiasis vera ; morbi syphilitici inveterati et rebelles ; morbi ex hydrargyro ; paralysis ; hydropes, aliæve cachexiæ desperatæ ; præmissa pro re nata venæsectione, vel cathartico uno aut altero.

Dosis : Pilula una, mane et vesperi per quindecim aut viginti dies.

*NB.* Hoc remedium in Thibet et India orientali præcipue celebratum et secreto habitum nuper a Societate Literaria Anglica Calcuttæ Instituta publici juris factum fuit ( Vide *Asiatick Researches* ).

PILULÆ BALSAMICÆ (Mortoni).

℞. Oniscus-Aselli pulv. drachmas tres.
Gummi - resinæ Ammon drachmam unam semis.
Acidi Benzoici drachmam unam.
Stigmatum pistilli Croci sativi,
Balsami Myroxyli Peruiferi, ana grana quindecim.
Olei sulfurati quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0397-2
DFG

Usus : Pneumonitis pituitosa; asthma et phthysis pituitosa; catarrhus chronicus; icterus; physconia hepatis.

Dosis : Pilulæ quatuor, mane et vesperi.

## PILULÆ E CAMBOGIA COMPOSITÆ.

Angl. *Scotch pills ; Anderson's pills.*

℞. Gummi-resinæ Cambogia-guttæ drachmam unam.

——— ——— Aloës perfoliatæ drachmas duas.

Separatim pulverisatis, dein mixtis adde
Olei *volatilis Anisi guttas triginta.*
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Obstipatio habitualis, rebellis.

Dosis : Pilula una vel altera hora somni, si alvum semel movere intentio est ; si sæpius, pilulæ tres—quatuor.

## PILULÆ CATHARTICÆ.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0398-8 DFG

Saponis Jalappini ana unciam unam.
Pulpæ Cucumis-Colocynthidis unciam semis.
Olei volatilis Anisi drachmam unam.
Simul intime tritis adde
Syrupi Rhamni cathartici quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Dosis : Pilula una—sex, pro dosi.

## PILULÆ CONII.

℞. Extracti herbæ Conii maculati drachmas duas.
Pulveris foliorum Conii maculati quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum duorum.

Usus : Scirrhus prostatæ, uteri, ovarii mammæ, etc.

Dosis : Pilula una mane et vesperi; gradatim ascendendo ad pilulas viginti aut triginta quotidie, donec nauseam et vertiginem causent.

## PILULÆ CUPRATÆ.

℞. Sulfatis cupri ammoniacalis grana sedecim;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0399-6

Micæ Panis scrupulos quatuor.
Carbonatis ammoniacæ liquidi quantum satis,
Ut fiat massa, dividenda in pilulas nonaginta sex.

*NB.* Pilulæ sex continent granum unum salis cuprati.

Usus : Epilepsia ; hæmorrhagiæ rebelles.

Dosis : Pilulæ duæ—tres, semel vel bis die.

## PILULÆ DEOBSTRUENTES.

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmas sex.
Extracti Aloës,
Oxydi ferri nigri, ana unciam semis.
Olei volatilis Florum Caryophilli aromatici,
——— ——— Anisi, ana guttas decem.
Alcoholis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus : Obstipatio ; physconia abdominalis ; amenorrhœa ; chlorosis ; flatulentia.

Dosis : Pilulæ duæ—quatuor, semel aut bis die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0400-2 DFG

*Vel* :

℞. Muriatis hydrargyri,
Oxydi stibii hydrosulfurati lutei,
Sulfatis ferri,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmam unam.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus : Physconia abdominalis, præcipue post dialeipyras quartanas.

Dosis : Pilulæ quatuor, mane et vesperi.

PILULÆ DEOBSTRUENTES (H. Smith).

℞. Gummi-resinæ ammon,
Saponis medicinalis, ana drachmam unam semis.
Radicis *Scillæ maritimæ*,
Pulveris aromatici, ana drachmam semis.
Olei volatilis baccarum Juniperi communis guttas viginti.
Syrupi corticis fructus Citrus-Aurantii quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus : Icterus ; physconia hepatis.

Dosis : Pilulæ quatuor ter die, superbibendo decocti Rubiæ Tinctorum uncias quatuor.

PILULÆ DEOBSRUENTES (A. Richter).

℞. Gummi-resinæ Ammon,
——— ——— Ferula-Assæ fœtidæ,
Saponis medicinalis,
Radicis Valerianæ officinalis,
Florum Arnicæ montanæ, ana drachmas duas.
Tartritis potassæ stibiati, in aqua soluti, grana octodecim.
Misce, fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis : Pilulæ octo—decem, ter quaterve de die.

PILULÆ DIAPHORETICÆ STIBIATÆ.

Syn. *Pilulæ ad morbos deploratos* Riverii ; *Pilulæ analepticæ D.* James.

℞. Phosphatis calcis stibiati,
Gummi-resinæ Guajaci officinalis,
Massæ pilul. Rufi, ana drachmas duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0402-4 DFG

Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus idem ac pulveris stibiati : Morbi ex transpiratione suppressa ; asthenia systematis arteriosi ; exanthemata suppressa ; languor nervosus.

Dosis : Pilulæ quatuor, omni nocte vel alternis noctibus.

## PILULÆ DIGITALIS (Withering).

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum,
Gummi-resinæ Ferula-Assæ fœtidæ,
ana drachmam unam.
Tincturæ Lanvandulæ compositæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum duorum.

Usus : Hydrops.

Dosis : Pilula una — duæ, omni mane, et granum unum opii vesperi.

## PILULÆ DIURETICÆ ROBORANTES.

℞. Terebinthinæ coctæ uncias duas.
Radicis Rhei palmati unciam unam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0403-9
DFG

Syrupi Balsamici quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Leucorrhœa ; morbi viarum urinariarum pituitosi ; blennorrhœa.

Dosis : Pilulæ quatuor, bis die.

## PILULÆ DULCAMARÆ.

℞. *Sulfureti Stibii nigri unciam semis.*
Extracti Stipitum Solanum-Dulcamaræ unciam unam.
Pulveris Solanum-Dulcamaræ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Arthrodynia rheumatica; erysipelas vagum; morbi cutis cum pruritu; morbi ex transpiratione impedita aut languente.

Dosis : Pilulæ tres—quatuor, de die.

## PILULÆ EMETICÆ.

℞. Radicis Psycothriæ emeticæ,
Sulfatis cupri ana drachmam unam.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus egregius in phthysi pulmonali.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0404-5 DFG

Dosis: Pilulæ duæ—quatuor omni secundo, tertio, aut quarto die mane per se sine ullo liquido.

## PILULÆ E FERRO LAXANTES.

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmam unam.
——— ——— Aloës perfoliatæ,
Oxydi ferri nigri, ana drachmam semis.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

*Usus*: Obstipatio; physconia abdominalis.

Dosis: Pilulæ duæ—quatuor, semel vel bis die pro ratione ætatis et temperamenti.

## PILULÆ FŒTIDÆ.

℞. Gummi-resinæ Ferula-Assæ fœtidæ drachmam unam semis.
Camphoræ drachmam semis.
Contusis adde
Castorei drachmam unam semis.
Olei animalis guttas viginti quatuor.
Tincturæ Assæ fœtidæ ammoniacalis quantum satis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0405-1 DFG

Ut fiant pilulæ granorum duorum.
Interdum, loco Camphoræ, additur:
Acidi Succinici drachma semis.

Usus: Morbi spasmodici; hysteria.

Dosis: Pilulæ decem—duodecim, bis terve de die.

### *PILULÆ GUAJACI.*

℞. Saponis Guajacini unciam semis.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus: Arthrodynia arthritica vel rheumatica; morbi cutis.

Dosis: Pilulæ duæ—quinque pro dosi.

### PILULÆ HELLEBORI.

Syn. *Pilulæ Tonicæ* Bacheri.

℞. Extracti fibrarum radicis Hellebori nigri,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmas duas.
Pulveris herbæ Centaureæ benedictæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus: Hydrops.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0406-7 DFG

Dosis: Pilula una—sex—decem, pro ratione habitus corporis.

## PILULÆ HYDRAGOGÆ.

℞. Muriatis hydrargyri,
Saponis Jalappini,
Gummi-resinæ Cambogia-guttæ, ana drachmas duas.
Syrupi Rhamni cathartici quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis: *Pilulæ tres—sex*, omni nocte.

*Vel*:

℞. Extracti fructus Momordica-Elaterii grana decem.
——— radicis Gentianæ luteæ drachmas tres.

Misce exacte terendo, ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis: Pilula una, omni bihorio donec alvus moveri incipiat; idque omni tertio aut quarto die repetendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0407-3 DFG

## PILULÆ HYDRARGYRI.

℞. Oxydi Hydrargyri nigri drachmam unam.
Extracti Glycyrrhizæ glabræ (vel Mellis) quantum satis,

Ut, simul probe terendo, fiant pilulæ granorum quatuor, pulvere Cinnamomi aspergendæ.

Interdum, loco oxydi hydrargyri nigri, adhibetur:

Acetas, Murias, Phosphas aut Tartris hydrargyri; et tunc dosis diminuenda est.

Usus: *Syphilis.*

Dosis: Pilulæ duæ—quatuor, bis die.

## PILULÆ EX HYDRARGYRO CATHARTICÆ.

℞. Muriatis hydrargyri drachmam unam.
Radicis Convolvulus-Jalappæ drachmas duas.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis: Pilulæ sex—octo—decem pro dosi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0408-8 DFG

## PILULÆ EX HYDRARGYRO DIURETICÆ.

℞. Oxydi Hydrargyri nigri drachmam semis.
Conservæ Scillæ maritimæ grana viginti-triginta.
Olei sulfurati guttas tres.
Misce terendo; dein adde
Pulveris Radicis Scillæ maritimæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus: Morbi pulmonum pituitosi; hydrops; catarrhus rebellis; phthysis incipiens (Sumendo diebus intermediis emulsionem Gummi-resinæ Ammon cum Opio, vel pro re nata decoctum Cinchonæ).

Dosis: Pilulæ tres-quatuor, alternis noctibus.

## PILULÆ MENAGOGÆ.

℞. Massæ Pilularum Rufi,
Gummi-resinæ Sagapeni,
——— ——— Bubon-Galbani,
——— ——— Ferula-Assæ fœtidæ,
Sulfatis ferri, ana drachmam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0409-7 DFG

Tincturæ Myrrhæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Cardialgia; amenorrhœa atonica; dysmenorrhœa (cum haustu olei amygdalarum omni nocte, per triduum ante tempus menstruationis).

Dosis : *Pilulæ quatuor, mane et vesperi.*

## PILULÆ MENAGOGÆ CATHARTICÆ.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ,
Extracti Radicis Hellebori nigri,
Resinæ Convolvulus-Scammoniæ, ana drachmam unam.
Olei volatilis Baccarum Juniperi communis guttas viginti.
Syrupi Rhamni cathartici quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis : Pilulæ una—duæ hora somni.

## PILULÆ AD MORBOS CUTANEOS.

℞. Extracti corticis viridis fructus Juglandis regiæ immaturi,
Oxydi Stibii hydrosulfurati lutei,

Gummi-resinæ Guajaci officinalis, ana unciam semis.

Extracti Opii grana triginta.

Tincturæ Guajaci quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis: Pilulæ tres—quatuor, mane et vesperi.

## PILULÆ E MURIATE HYDRARGYRI OXYGENATO.

℞. Aquæ destillatæ drachmas duas.

Muriatis ammoniacæ quantum satis

Ad saturationem; dein adde

Muriatis hydrargyri oxygenati drachmam semis.

Micæ panis quantum satis.

Contunde in massam in pilulas sexaginta dividendam.

Dosis: Pilula una, semel vel bis die.

## PILULÆ E MYRRHA COMPOSITÆ.

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ drachmas duas.

Sulfatis ferri scrupulum unum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0411-4 DFG

Carbonatis sodæ drachmam unam.

Extracti Gentianæ luteæ drachmam unam semis.

Syrupi Balsamici quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus pro ægris, qui Mixturam Myrrhæ alcalisatam nauseant.

Dosis : Pilulæ tres — quatuor, ter de die.

## PILULÆ PECTORALES.

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmam unam semis.

Extracti Glycyrrhizæ glabræ drachmas duas.

——— Achillea-Millefolii scrupulos duos.

Misce, fiant pilulæ granorum trium, Sulfureto hydrargyri rubro aspergendæ.

Usus : Phthysis pulmonalis.

Dosis : Pilulæ quinque, ter de die cum decocto pectorali.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0412-9
DFG

## PILULÆ PLUMMERI.

Syn. *Pilulæ ex Stibio et Hydrargyro.*

℞. Muriatis Hydrargyri,
Oxydi Stibii hydrosulfurati lutei, ana drachmas duas.
Extracti Glycyrrhizæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus: Morbi cutis; arthrodynia rheumatica.

Dosis: Pilula una—duæ, omni vesperi.

## PILULÆ PLUMMERI-COMPOSITÆ.

℞. Oxydi Stibii hydrosulfurati lutei,
Muriatis hydrargyri, ana drachmas duas.
Gummi-resinæ Guajaci officinalis, drachmas duas.
——— ——— Myrrhæ drachmam unam.
Balsami Toluiferæ balsamicæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Dosis: Pilulæ tres, bis die.

## PILULÆ RUFI.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ unciam unam.

Gummi-resinæ Myrrhæ,
Stigmatum pistilli Croci sativi ana unciam semis.
Simul probe tritis adde
Tincturæ Myrrhæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.
Interdum additur:
Oxydi ferri nigri drachma una.

Usus: Amenorrhœa.

Dosis: Pilulæ duæ-quatuor, omni nocte.

## PILULÆ SAPONACEÆ.

℞. Saponis medicinalis drachmas duas.
Radicis Rhei palmati,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmam unam.
Misce fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus: Morbi ex acido primarum viarum; icterus.

Dosis: Pilulæ tres-quatuor, mane et vesperi.

## PILULÆ SCILLITICÆ (Ph. Ed.)

℞. Gummi-resinæ Ammon,
Seminis Amomum-Cardamomi,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0414-1 DFG

Extracti Glycyrrhizæ glabræ, ana drachmam unam.

Radicis Scillæ maritimæ siccatæ scrupulum unum.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus: Morbi pulmonum et hepatis pituitosi; expectoratio difficilis.

Dosis: Pilulæ duæ—tres, bis terve de die.

### PILULÆ SEDATIVÆ seu HYPNOTICÆ.

℞. Extracti Opii aquosi drachmam unam.

Divide in pilulas grani unius.

Dosis: Pilula una aut plures, pro re nata.

### PILULÆ STOMACHICÆ (H. Smith).

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ,

——— ——— Sagapeni,

Radicis Rhei palmati,

Pulveris aromatici, ana drachmam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0415-7

Olei volatilis Menthæ viridis,
——— ——— Florum Caryophilli aromatici, ana guttas decem.
Balsami Myroxyli Peruiferi quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Dyspepsia; gastrodynia.

Dosis : Pilulæ tres—sex, omni nocte.

## PILULÆ E STYRACE.

℞. Balsami concreti Styracis officinalis,
Stigmatum pistilli Croci sativi,
Extracti Glycyrrhizæ glabræ, ana unciam unam.
Extracti Opii drachmas quinque.
Simul probe tritis adde
Tincturæ Myrrhæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum sex.

Usus : Tussis.

Dosis : Pilula una noctu.

*NB*. Pilula una continet granum unum opii.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0416-2 DFG

# POTIONES.

SYN. *Apozemata; Potus.*

---

## POTIO ALCALINA.

℞. Sodæ (vel Potassæ) unciam unam—duas.
Aquæ libras octo.
Trajice per solutionem
Gazis acidi carbonici quantum satis,
Ut supersaturetur soda. Solutionem in vase optime clauso usui serva.

USUS : Calculus viarum urinariarum ex phosphate calcis, phosphate sodæ aut magnesiæ compositus.

DOSIS : Libra una—duæ, quotidie per plures menses.

## POTIO ANTACIDA.

℞. Carbonatis sodæ drachmam unam.
Sacchari albi unciam semis.
Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ uncias duas.
Simul tritis sensim adde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0417-8 DFG

Aquæ uncias triginta.

Alcoholis Myrtus-Pimentæ uncias duas.

Usus : Pyrosis ; cardialgia ; tussis, aliive morbi ex acido ventriculi.

Dosis : Unciæ duæ, ter quaterve de die.

## POTIO ANTIFEBRILIS ACIDULA.

℞. Aquæ libras quatuor—sex.

Acidi Sulfurici,

Acidi nitrici alcoholisati, ana drachmam unam.

Sacchari albi quantum satis ad gratiam.

Usus pro potu ordinario in variis Blechropyræ speciebus ; variolis confluentibus, aliisve febribus acutis. Hæc potio æquivalet, imo præstat potioni ex Tinctura febrifuga Cluttoni paratæ.

## POTIO BALSAMICA ALCALISATA.

℞. Solutionis balsamicæ alcalisatæ unciam unam.

Aquæ libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0418-4 DFG

Misce probe agitando.

Usus idem ac Potionis Terebinthinatæ.

Dosis : Libra semis, bis aut quater de die.

## POTIO CATHARTICA.

℞. *Sulfatis* Magnesiæ ( vel *Sulfatis* Sodæ aut Potassæ ) unciam unam.
Aquæ bullientis libram unam.
Solutioni adde
Magnesiæ grana octo—decem.

*NB.* Hæc potio minus ingrata est palato quam solutio *Sulfatis* magnesiæ, sodæ aut potassæ simplex, et utplurimum sine torminibus agit.

Usus : Unciæ tres—quatuor, omni semihora aut omni hora, donec alvus moveri incipiat.

*Vel :*

℞. Tartritis sodæ unciam unam—duas.
Aquæ libras duas.
Misce, ut fiat solutio.

Dosis : Unciæ octo, omni mane in duobus haustibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0419-2 DFG

*Vel:*

℞. Phosphatis sodæ unciam unam semis.
Juris carnium non saliti libram unam.
Sumat tertiam partem omni semihora donec alvum moveat.

### POTIO DIURETICA.

℞. Tartritis potassæ aciduli unciam semis ad unciam unam semis.
Decocti Hordei quantum satis,
Ut fiat solutio, quotidie sumenda.

Usus : Hydropes.

### POTIO NITRICATA.

℞. Solutionis Nitricatæ libras duas.
Aquæ puræ libras decem.
Misce.

Usus : Blechropyræ ; asthenia generalis ; hepatitis chronica ; psora ; herpes, aliive morbi cutis ; Syphilis in regionibus tropicis?

Dosis : Libræ duæ de die cum vel sine saccharo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0420-3 DFG

## POTIO OXYGENATA.

℞. Solutionis Muriatis potassæ oxygenati libras duas.

Aquæ puræ libras quatuor.

Misce.

Usus : Asthenia generalis ; Blechropyræ ; herpes ; psora.

Dosis : Libra una—duæ de die.

## POTIO PICEA.

Syn. *Aqua Picea.*

℞. Picis *liquidæ* ( ex variis Pinus speciebus destillatione per descensum obtentæ ) libras duas.

Aquæ libras octo.

Misce, et baculo ligneo valide agita per bihorium ; dein sepone per biduum, et liquorem per subsidentiam depuratum effunde.

Virtus : Sudorifica ; diuretica.

Usus : Chlorosis ; morbi cutis ; hydrops ; leucorrhœa ; scorbutus ; ulcus renum aut vesicæ ; morbi viscerum pituitosi ; phthysis pituitosa? hysteria?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0421-9

Dosis : Unciæ quatuor, bis terve de die.

## POTIO TEREBINTHINATA.

℞. Terebinthinæ Pinus-Laricis libras quatuor.
Gummi-resinæ Myrrhæ unciam unam.
Terantur simul in mortario addendo paulatim
Aquæ libras viginti quatuor.

In vase terreo vernice obducto probe agita pistillo ligneo per bihorium; dein sepone per biduum. Liquorem per subsidentiam depuratum immitte in lagenas duodecim.

Interdum additur cum successu:
Carbonatis potassæ uncia una.

Usus idem fere ac potionis Piceæ sed palato minus ingrata : Morbi viarum urinariarum aut pulmonum pituitosi; morbi cutis cum cardialgia, asthmate, cephalalgia etc. alterantes; dysmenorrhœa; leucorrhœa; hysteria aliive morbi nervorum ex acri; item in variolarum stadio suppuratorio ad pravos earum effectus præcavendos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0422-5

# PULVERES.

## PULVIS ANTACIDUS.

℞. Magnesiæ uncias tres.
Nucis Myristicæ moschatæ drachmam semis.
Corticis Laurus-Cinnamomi drachmam unam semis.
Misce, fiat pulvis.
Interdum adduntur :
Radicis Rhei palmati grana decem.

Dosis : Drachma semis—una, bis die.

## PULVIS ANTHELMINTHICUS.

℞. Florum Tanaceti vulgaris,
Seminis-Artemisia-Santonici ana drachmas tres.
Sulfatis ferri drachmam unam.
Misce, fiat pulvis.

Usus : Lumbrici et ascarides.

Dosis : Grana viginti ad drachmam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0423-1 DFG

*Vel:*

℞. Nidi Polypi marini ( vulgo *Corallina* dicti ) pulv. unciam unam.

Dosis : Grana decem ad drachmam unam quotidie.

*Vel:*

℞. Radicis Valerianæ *officinalis*,
Seminis Artemisia-Santonicæ,
Radicis Convolvulus-Jalappæ ana unciam unam.
Misce, fiat pulvis.

Dosis : Drachma semis—una, omni mane.

*Vel:*

℞. Radicis Polypodium-Filicis maris unciam unam.

Usus : Tænia.

Dosis : Drachma semis—tres, pro ratione ætatis, subjuncto cathartico.

### PULVIS ANTISPASMODICUS ( Staheii ).

℞. Nitratis potassæ unciam unam.
Sulfatis potassæ unciam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0424-7 DFG

Sulfureti hydrargyri rubri drachmam semis.

Misce, fiat pulvis.

Usus: Spasmi, præcipue in temperamento sanguineo; nec non ad æstum sanguinis temperandum.

Dosis: Grana triginta, mane et vesperi, aut sæpius pro re nata.

## PULVIS AROMATICUS.

Syn. *Species Aromaticæ; pulvis Diaromaton.*

℞. Corticis Laurus-Cassiæ (vel Cinnamomi) uncias duas.

Seminis Amomum-Cardamomi,

Radicis Amomum-Zingiberis,

Nucis Myristicæ Moschatæ, ana unciam unam.

Misce, fiat pulvis, in vase probe clauso servandus.

Usus: Dyspepsia; flatulentia; asthenia generalis.

Dosis: Grana quinque—viginti.

### PULVIS AROMATICO-FERRATUS.

℞. Pulveris Aromatici unciam unam semis.
Oxydi ferri nigri drachmas sex.
Sacchari albi uncias duas.
Misce, fiat pulvis.

Usus : Cachexia pituitosa; leucorrhœa; rhachitis.

Dosis : Drachma semis — una, bis die. *Infantibus* : Grana sex — decem.

*Vel* :

℞. Radicis Amomum-Zingiberis (vel Corticis Laurus-Cinnamomi) grana decem.
Sulfatis ferri grana quatuor.
Misce, fiat pulvis, bis die sumendus.

Usus : Amenorrhœa atonica; chlorosis; leucorrhœa; dyspepsia atonica.

### PULVIS CARDIACUS.

Vulgo *Pulvis Alexiterius*.

℞. Carbonatis Calcis grana viginti.
Radicis Dorstenia-Contrayervæ grana sex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0426-8 DFG

Radicis Aristolochia-Serpentariæ grana quatuor.

Misce, fiat pulvis, sexta quaque hora sumendus.

## PULVIS CARDIACUS CELLENSIS.

SYN. *Pulvis Cordialis Cellensis.*

℞. Olei volatilis Cinnamomi drachmam unam.

Sacchari albi uncias tres.

Sulfureti hydrargyri stibiati rubri unciam semis.

Misce, fiat pulvis.

DOSIS: Grana decem — quindecim.

## PULVIS CATHARTICUS.

℞. Radicis Convolvulus - Jalappæ grana viginti.

Muriatis hydrargyri grana decem.

Misce, fiat pulvis, pro dosi sumendus.

*Vel*:

℞. Radicis Rhei palmati grana viginti.

Muriatis hydrargyri grana decem.

Misce, fiat pulvis, pro dosi sumendus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0427-4
DFG

*Vel :*

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ unciam unam.

Tartritis potassæ aciduli uncias duas.

Misce, fiat pulvis.

Dosis : Drachma semis—una.

*Vel :*

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ,

Sulfatis potassæ, ana unciam unam.

Misce, fiat pulvis.

Dosis : Drachma semis—una.

### PULVIS CATHARTICUS ABSORBENS.

℞. Magnesiæ (vel Carbonatis calcis) drachmam semis.

Radicis Rhei palmati grana decem.

Misce, fiat pulvis.

*Vel :*

℞. Carbonatis calcis,

Sulphuris purificati, ana unciam unam.

Misce, fiat pulvis.

Usus : Morbi ex acido primarum viarum.

Dosis *Infantibus* : Grana decem—viginti.

*Adultis* : Drachma semis-una, omni nocte.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0428-0 DFG

## PULVIS E CINCHONA CATHARTICUS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis drachmas quatuor—sex.
Tartritis potassæ aciduli drachmas duas.
Misce terendo in pulverem tenuissimum.

Usus *eximius* : Ubi alia omnia fefellerunt in obstipatione alvi rebelli ex variis causis. (Vogler).

Dosis : Grana triginta—quadraginta.

## PULVIS DIAPHORETICUS.

Syn. *Pulvis Bezoardicus* Halensis.

℞. Carbonatis calcis,
Pulveris Stibiati,
Sulfatis potassæ,
Nitratis potassæ, ana unciam unam.
Sulfureti hydrargyri rubri drachmam unam semis.
Misce, fiat pulvis.

Usus : Febres ex transpiratione suppressa (initio morbi). — Item ad æstum et rarefactionem sanguinis compescendam.

Dosis : Grana viginti—triginta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0429-8 DFG

PULVIS AD DIARRHŒAM REBELLEM.

℞. Herbæ Lythrum-Salicariæ, leni calore sub umbra siccatæ et pulv. uncias tres.

Usus : Diarrhœa aut dysenteria chronica rebellis.

Dosis : Drachma una, ter die.

*NB.* Hoc remedio simplici dysenteriam chronicam ad alia omnia medicamenta per quatuor annos rebellem, intra 3o dies curavi.

PULVIS DIGESTIVUS.

℞. Sulfatis potassæ unciam unam.
Citratis calcis unciam semis.
Radicis Ari maculati drachmam unam.
Subtilissime pulverisata misce.
Quandoque utiliter additur:
Radicis Rhei palmati drachma una.

Usus *egregius* ; Dyspepsia; morbi pituitosi primarum viarum, renum, vesicæ, pulmonum.

Dosis : Scrupulus unus—duo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0430-9
DFG

## PULVIS DIURETICUS.

℞. Radicis Scillæ maritimæ siccatæ,
Baccarum Myrtus-Pimentæ, ana grana decem.
Nitratis potassæ grana quindecim.
Misce, fiat pulvis.

## PULVIS EMETICUS.

℞. Radicis Psycothriæ emeticæ grana viginti.
Tartritis potassæ stibiati granum unum.
Misce, fiat pulvis.

## PULVIS ERRHINUS.

℞. Foliorum Asari Europæi,
Radicis Veratri albi, ana scrupulum unum.
Misce, fiat pulvis, cujus paululum infletur in nares frequenter.

Usus : Cephalalgia aut otalgia rheumatica.

## PULVIS FERRATUS.

℞. Oxydi ferri nigri unciam unam.
Radicis Ari maculati drachmas duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0431-5 DFG

Carbonatis calcis unciam semis.

Corticis Laurus-Cinnamomi scrupulos quatuor.

Sacchari albi uncias duas.

Misce, fiat pulvis.

Interdum, loco Ari maculati, adduntur:

Ligni Quassiæ amaræ pulv. drachmæ duæ.

Usus: Dyspepsia; pyrosis; leucorrhœa; rhachitis; cachexia pituitosa; physconia abdominalis.

Dosis: Grana quinque—decem—triginta, bis terve de die.

## PULVIS HYDRAGOGUS.

℞. Radicis Convolvus-Jalappæ,

——— Amomum-Zingiberis,

Tartritis potassæ aciduli, ana grana decem.

Misce, pro dosi.

*Vel:*

℞. Resinæ Convolvulus-Scammoniæ,

Pulveris Stibiati,

Muriatis hydrargyri, ana grana quinque.
Misce, fiat pulvis, omni quarto mane sumendus.

*Vel:*

℞. Resinæ Convolvulus-Scammoniæ drachmas duas.
Muriatis hydrargyri drachmam unam.
Misce, fiat pulvis.

Dosis: Grana quinque — triginta, omni quarto aut quinto die.

*Vel:*

℞. Saponis Jalappini,
Tartritis potassæ aciduli, ana partes æquales.
Sedulo terendo misce.

Dosis: Grana quinque—triginta, quarto vel quinto quoque die.

### PULVIS LAXANS.

℞. Tartritis potassæ aciduli,
Foliorum Cassia-Sennæ, ana unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0433-6 DFG

Corticis Laurus - Cinnamomi,
Seminis Pimpinella - Anisi,
——— Anethum-Fœniculi, ana drachmas duas.
Misce, fiat pulvis.

Usus: Flatulentia et obstipatio, præcipue hypocondriacorum.

Dosis: Drachma una, mane et vesperi.

## PULVIS PECTORALIS (Wedelii).

℞. Radicis Glycyrrhizæ glabræ,
——— Iridis Florentinæ, ana drachmas duas.
Sulphuris purificati unciam semis.
Acidi Benzoici scrupulum unum.
Sacchari albi uncias duas.
Olei volatilis Anisi,
—— ——— Fœniculi, ana guttas decem.
Misce, fiat pulvis.

Usus: Morbi pulmonum atonici, pituitosi.

Dosis: Scrupulus unus — duo.

## PULVIS SARSAPARILLÆ.

℞. Radicis Smilax-Sarsaparillæ, leni calore caute siccatæ et pulv. uncias sex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0434-2 DFG

Usus : Arthrodynia rheumatica et arthritica ; contractura ; syphilis rebellis.

Dosis : Drachmæ duæ, ter quaterve de die.

PULVIS SCILLÆ COMPOSITUS (Stahlii).

℞. Radicis Scillæ maritimæ recentis uncias sex.

——— Asclepias-Vincetoxici unciam unam.

Scillam recentem in mortario marmoreo, pistillo ligneo, in pultem contunde ; dein adde vincetoxicum pulverisatum, ut fiat pasta, quæ leni calore exsiccata denuo pulverisetur.

Usus : Asthma, aliive morbi pulmonum pituitosi ; hydropes.

Dosis : Grana tria—quinque.

PULVIS STANNI.

℞. Limaturæ Stanni unciam unam.

Dosis : Drachma semis—una, quotidie.

*Vel :*

℞. Limaturæ Stanni drachmas duas.
Sulfatis ferri grana quinque.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0435-8 DFG

Misce, fiat pulvis, pro dosi sumendus.

Usus : Tænia - Solium.

## PULVIS STIBIATUS.

Angl. *James's Powder.*

℞. Phosphatis calcis stibiati unciam unam.

Dosis : Grana octo, omni octava hora.

*Vel :*

℞. Phosphatis calcis pulv. uncias duas.
Oxydi stibii albi sublimatione parati unciam unam.
Misce exacte terendo.

Dosis : Grana octo—duodecim.

*Vel :*

℞. Phosphatis calcis, in acidi muriatici quantum satis soluti, libram semis.
Muriatis stibii oxygenati libras duas.
Aquæ destillatæ libras duas.
Misce.

Solutioni instilla guttatim Ammoniacæ libram unam. Pulverem album præcipitatum probe edulcoratum usui serva.

Usus : Phlogopyræ ( mox initio morbi );

Blechropyræ (ad crisin promovendam); morbi ex transpiratione suppressa; dysuria vesicalis vel urethralis ex eadem causa.

Dosis: Grana sex—octo cum haustu aquæ, semel aut bis de die.

PULVIS STOMACHICUS (Birckmanni).

℞. Radicis Ari maculati,
—— Acorus-Calami,
—— Pimpinellæ saxifragæ,
Carbonatis calcis, ana unciam unam.
Carbonatis sodæ drachmas duas.
Misce, fiat pulvis.

Usus *eximius*: Pyrosis aliive morbi ex acido orti; dyspepsia; morbi viscerum pituitosi.

Dosis: Drachma una—duæ, ter quaterve de die.

PULVIS STYPTICUS.

℞. Aluminis,
Gummi-resinæ Kino, ana drachmas tres.
Terantur simul in pulverem tenuem.

Usus *internus et externus*: Hæmorrhagiæ, et hæmorrhœæ.

Dosis: Grana decem—viginti, bis die.

## PULVIS SUDORIFICUS (Doveri).

℞. Nitratis potassæ,
Sulfatis potassæ, ana uncias quatuor.

Simul in pulverem tenuem trita immittantur in crucibulum, ut igne liquescant; massæ dein in mortarium ferreum effusæ et pene refrigeratæ adjice primo

Opii siccati pulv. unciam unam.

Dein post triturationem adde

Radicis Psycothriæ emeticæ pulv. unciam unam.

Tere in pulverem tenuissimum.

Usus: Arthrodynia aut Myodynia rheumatica, aliive morbi ex transpiratione suppressa; dysenteria; hydrops.

*NB.* Optime datur mane ægro pannis laneis involuto, et post horæ spatium vasculum seri lactis vinosi propinatur, idque dein omni semihora repetitur, per plures horas, donec æger amplo sudore diffluat.

Dosis: Grana quindecim—viginti quinque.

## PULVIS E SULFURETO CALCIS.

℞. Sulfureti calcis unciam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0438-5 DFG

Usus : Ptyalismus ex hydrargyro.

Dosis : Grana triginta, bis terve de die, superbibendo haustum limonadæ.

## PULVIS TEMPERANS.

℞. Carbonatis calcis drachmas novem.
Sulfatis potassæ drachmas tres.
Nitratis potassæ drachmas sex.
Sulfureti hydrargyri stibiati rubri drachmam unam.
Misce.

Usus ad æstum sanguinis temperandum; et pituitam aut acidum primarum viarum corrigendum.

Dosis : Scrupulus unus—duo, semel aut bis die.

## PULVIS TONICUS.

℞. Sulfatis cupri grana decem.
Gummi Mimosæ Niloticæ drachmas duas.
Gummi-resinæ Kino drachmam unam.
Misce, fiat pulvis subtilissimus.

Usus : Hæmorrhoeæ et Blennorrhoeæ rebelles, aliive morbi à solidorum debilitate oriundi (H. Smith).

Dosis : Grana decem — quindecim.

---

## SCUTUM STOMACHICUM.

℞. Electuarii Theriacalis uncias duas.
Nucis Myristicæ moschatæ pulv. (vel Olei Nucis Myristicæ moschatæ expressi) drachmas duas.
Mixta super alutam extende.

Usus : Cardialgia; singultus aut vomitus rebellis.

*NB.* Dum siccatur, vino albo generoso irroretur.

---

## SERUM LACTIS ACETOSUM.

℞. Lactis vaccini,
Aquæ, ana libras duas.
Expone igni ut ebulliant; dein adde
Aceti unciam unam semis.
Cola.

Dosis : Unciæ quatuor — octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0440-5 DFG

Si, loco Aceti, adduntur Vini albi aciduli unciæ sex—octo, habetur:

## SERUM LACTIS VINOSUM.

## SERUM LACTIS TEMPERANS.

Vulgo: *Serum Lactis Tamarindinatum.*

℞. Fructus Amlicæ Indicæ (vulgo fructus Tamarindorum) uncias duas.

Lactis vaccini libras duas.

Coque ut fiat coagulum; dein cola.

VIRTUS: *Grate acidula; refrigerans; æstum sanguinis temperans; leniter cathartica.*

## SERUM ANTISCORBUTICUM.

℞. Lactis recentis libram unam.

Succi antiscorbutici uncias quatuor.

Coque ut fiat coagulum; dein cola.

## SERUM SINAPINUM.

℞. Seminum Sinapis nigræ pulv. unciam unam.

Terendo successive affunde

Lactis vaccini libram unam.

Dein adde

Vini Rhenani (vel Aceti) quantum satis,

Ut coquendo fiat coagulum; dein cola.

Usus : Arthrodynia; podagra; paralysis; morbi viscerum pituitosi.

Dosis : Libra semis, omni nocte.

---

## SINAPISMUS.

℞. Farinæ Tritici (vel Secalis),

Seminum Sinapis nigræ pulv. ana uncias duas.

Aceti quantum satis,

Ut fiat pasta pedibus applicanda.

Usus : Paralysis; cephalalgia aut delirum febrile.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0442-6
DFG

# SOLUTIONES.

## SOLUTIO ÆTHEREA.

℞. Ætheris sulfurici (vel Ætheris sulfurici alcoholisati) drachmas duas.
Aquæ (vel melius infusi Chænopodii ambrosiodei, aut aquæ Florum Citrus-aurantii) uncias sex—octo.
Misce.

Virtus : Sedativa; antispasmodica; diaphoretica; potenter diuretica.

Usus *eximius* : Morbi spasmodici varii; cephalæa rebellis; vertigo; hypochondriasis; singultus; cardialgia; flatulentia; colica; asthma; pertussis; paralysis; arthrodynia rheumatica vel arthritica; calculus vesiculæ felleæ.

Dosis : Cochleare unum—quatuor majora, repetendo pro re nata.

## SOLUTIO ALCALINA.

℞. Sodæ unciam semis.
Aquæ acido carbonico saturatæ libram unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0443-2

Divide liquorem in lagenulas unciarum duarum. Sumat æger hanc portionem omni mane et vesperi per mensem unum aut alterum.

Usus: Morbi ex calculo viarum urinariarum.

## SOLUTIO ARSENICI.

℞. Oxydi arsenici albi pulv. unciam semis.
Aquæ destillatæ quantum satis,

Bulliant in vase stanneo vel vitreo per mediam horam, addendo pro re nata portionem arsenici, ita ut portio ejus in fundo vasis non soluta remaneat. Cola liquorem per papyrum, et in vase probe clauso usui serva.

Usus: *Vide* Guttæ arsenici.

## SOLUTIO BALSAMICA ALCALISATA.

℞. Carbonatis sodæ,
Sacchari fusci,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana unciam unam semis.

Simul terendo intime mixtis adjice in mortario calefacto

Balsami Toluiferæ balsamicæ unciam semis.

Terebinthinæ Pinus balsameæ drachmas decem.

Dein terendo gradatim adde

Aquæ simplicis ( vel Aquæ cujusdam aromaticæ ) libram unam semis.

Quandoque, loco Terebinthinæ Pinus balsameæ, vulgo *Balsamum Canadense* dictæ, cum successu, eadem dosi, adhibetur :

Vel Terebinthina Pinus-Laricis,

Vel Terebinthina Copaiferæ officinalis, vulgo *Balsamum Copaivæ* dicta.

USUS : *Vide* POTIO BALSAMICA ALCALISATA.

## SOLUTIO CALCIS.

*Vide* AQUA INFUSUM seu CALCIS.

## SOLUTIO CAMPHORÆ AQUOSA.

℞. Aquæ acido carbonico saturatæ libras duas.

Camphoræ drachmas duas.

Misce.

*NB.* Camphora per se in aqua non solubilis, aqua gaze acido carbonico saturata perfecte solvitur, et sic medicamentum præstat egregium in cardialgia spasmodica, singultu, vomitu rebellibus.

*Vel:*

℞. Camphoræ drachmam unam.
Alcoholis quantum opus.
Ut fiat solutio, cui adde
Aquæ destillatæ fervidæ, libras duas.
Probe simul agitatum liquorem cola.

*Vel:*

℞. Camphoræ,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmam unam.
Simul probe tere, et paulatim adde
Aquæ destillatæ fervidæ libram unam.
Frigefactum liquorem cola.

Usus præcipue pro ægris qui Camphoram forma pulveris vel alcohole solutam fere non possunt: Blechropyræ; spasmi; cardialgia; stranguria.

Dosis: Uncia una—duæ, sæpius de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0446-9
DFG

## SOLUTIO CERATA.

℞. Ceræ flavæ drachmas duas.
Olei Amygdalarum (vel Olei Lini) recenter expressi, drachmas duas.
Leni calore simul fusis adde triturando
Vitelli Ovi numero duo.
Simul probe mixtis adjice gradatim
Decocti seminis Hordei (vel Avenæ) excorticati, libras duas.

Usus: Colica aut diarrhœa ab acri; dysenteria; excoriatio canalis intestinalis. *Externus* forma enematis: Tenesmus; dysenteria; hæmorrhoides excessive fluentes; hæmorrhagia aut blennorrhagia recti.

Dosis: Unciæ duæ-tres, ter quaterve de die.

## SOLUTIO CUPRATA.

℞. Sulfatis cupri grana viginti.
Aquæ Cinnamomi libram unam semis.

Usus *eximius* in hæmorrhagiis rebellibus; præprimis metrorrhagia; atonia generalis.

Dosis: Drachmæ tres—sex, ter quaterve de die cum vehiculo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0447-5 DFG

## SOLUTIO FERRATA.

℞. Tartritis potassæ ferrati unciam unam.
Aquæ Cinnamomi ( vel Aquæ Rubi idæi aut Florum Citrus-aurantii etc. ) libram unam.
Misce, ut fiat solutio.

Usus : Asthenia generalis; cachexia pituitosa; leucorrhœa, aliive morbi ubi præparata ferri indicantur.

Dosis : Uncia una, ter quaterve de die.

## SOLUTIO FERRI ALUMINOSA.

℞. Sulfatis ferri ad rubedinem calcinati scrupulos decem.
Aluminis scrupulos quinque.
Aquæ destillatæ quantum satis,
Ut fiat solutio, cui adde
Acidi sulfurici guttas decem-quindecim.

Usus : Asthenia nervosa; spasmi.

Dosis : Guttæ decem—quindecim in vehiculo.

*NB.* Hæc præparatio, sub nomine

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0448-1 DFG

*Tincturæ Nervinæ* in Germania celebris, diu secreta habita fuit.

## SOLUTIO GELATINOSA.

℞. Rasuræ Cornu Cervi (vel Ichthyocollæ minutim concisæ) unciam unam semis.
Aquæ fervidæ libras tres.
Coque ad colaturam librarum duarum cui adde
Aquæ Cinnamomi uncias duas.
Sacchari albi unciam unam.

USUS : Dysenteria; cholera; tussis ab acri; blennorrhagia; nephritis.

DOSIS : Unciæ tres—quatuor, sæpius de die.

Interdum adduntur :

Acidi sulfurici guttæ viginti.

## SOLUTIO HYDRARGYRI.

SYN. *Solutio Muriatis hydrargyri oxygenati.*

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati grana octo.
Aquæ destillatæ uncias quindecim.
Alcoholis unciam unam.
Misce, ut fiat solutio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0449-9

Usus : Morbi cutis ; syphilis.

Dosis : Uncia semis ( cochleare majus ), mane et vesperi.

*Vel :*

℞. Muriatis ammoniacæ drachmam unam.
Aquæ destillatæ uncias quatuor.
Ut fiat solutio, cui adde
Muriatis hydrargyri oxygenati drachmam unam.

Dosis : Guttæ sedecim ad triginta in decocto Hordei vel Sarsaparillæ aut Lacte, quotidie.

Interdum adduntur :
Tincturæ Sedativæ guttæ viginti.

*NB.* Guttæ sedecim continent granum unum Muriatis hydrargyri oxygenati.

SOLUTIO HYPNOTICA seu SEDATIVA.

℞. Extracti Opii aquosi drachmam unam.
Aquæ destillatæ drachmas quatuor.
Alcoholis drachmam semis.
Misce terendo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0450-0
DFG

*NB.* Guttæ quatuor—quinque continent granum unum Opii.

Similis ferè solutio in Anglia venditur sub nomine : *Blak drops.*

## SOLUTIO MUCILAGINOSA.

℞. Gummi Mimosæ Niloticæ pulv. drachmas duas.

Tere paulatim affundendo

Aquæ fervidæ (vel decocti Hordei) libram unam.

Syrupi simplicis unciam semis.

*Vel :*

℞. Mucilaginis Gummi Astragalus-Tragacanthæ (vel Gummi alius cujuscunque), uncias duas—tres.

Aquæ fervidæ libram unam.

Syrupi Althææ (vel syrupi Amygdalini) unciam unam.

Misce.

Interdum adduntur singulis dosibus :

Vel Radicis Psycothriæ emeticæ pulv. granum unum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0451-6 DFG

Vel Olei seminis Ricini communis drachmæ tres—quatuor.

Vel Acidi Sulfurici diluti guttæ quinque.

Vel Carbonatis sodæ grana sex.

Usus: Tussis ab acri; stranguria; dysuria; dysenteria; nephritis; blennorrhagia.

Dosis: Unciæ tres—quatuor, sæpius de die.

## SOLUTIO MURIATIS BARYTÆ.

℞. Muriatis Barytæ grana viginti quatuor.
Aquæ destillatæ libras duas.
Misce.

Usus: Scrophula; carcinoma, præcipue in subjectis non valde irritabilibus.

Dosis: Cochleare unum ad quatuor majora pro ratione ætatis, ascendendo gradatim, donec nauseam creet.

## SOLUTIO MURIATIS CALCIS.

℞. Muriatis calcis unciam unam.
Aquæ destillatæ libram unam.
Misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0452-2 DFG

Usus: Scrophula; hydrops; paralysis; morbi viscerum pituitosi.

Dosis *Infantibus*: Drachma una—tres; *Adultis*: Uncia una—duæ, de die.

## SOLUTIO MURIATIS POTASSÆ OXYGENATI.

℞. Muriatis potassæ oxygenati drachmam unam—duas.

Aquæ destillatæ libras duas.

Misce, ut fiat solutio.

Usus pro Potione Oxygenata.

## SOLUTIO MYRRHÆ.

Syn. *Tinctura Myrrhœ aquosa.*

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ uncias duas.

Aquæ fervidæ uncias octo.

Digere balneo aquæ per biduum, sæpius agitando; dein cola.

Si ante digestionem additur Carbonatis sodæ drachma una, habetur:

### SOLUTIO MYRRHÆ ALCALISATA.

Vulgo *Essentia Myrrhœ alcalisata ; s. Liquor Myrrhœ alcalisatus.*

Usus : Dyspepsia ; morbi ex acido primarum viarum ; morbi pulmonum pituitosi.

Dosis : Uncia una, sæpius de die.

### SOLUTIO NITRATIS HYDRARGYRI.

Angl. D[r] Ward's *white drop.*

℞. Acidi nitrici diluti libram unam.

Adde gradatim

Carbonatis ammoniacæ liquidi uncias septem.

Finita effervescentia adjice

Hydrargyri purificati uncias octo.

Solve in balneo arenæ ; dein evapora ad crystallisationem. Crystallos in vase probe clauso usui serva sub nomine : *Nitras Hydrargyri ammoniacalis.*

℞. Nitratis hydrargyri ammoniacalis unciam unam.

Aquæ Rosæ uncias tres.

Solve leni calore.

Usus : Syphilis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0454-4 DFG

Dosis : Guttæ duæ — tres ex cyatho aquæ, omni nocte.

## SOLUTIO NITRICATA.

℞. Acidi Nitrici drachmas sex — decem.
Acidi Nitrici alcoholisati drachmas quatuor—sex.
Aquæ destillatæ libras duas.
Misce.

Usus pro Potione Nitricata.

## SOLUTIO RHEI ALCALISATA.

Syn. *Tinctura Rhei aquosa; infusum Rhei alcalisatum.*

℞. Radicis Rhei palmati unciam unam semis.
Carbonatis potassæ drachmas tres.
Aquæ fervidæ uncias duodecim.
Digere in balneo arenæ per viginti quatuor horas; dein cola, et adde
Alcoholis Cinnamomi uncias duas.

Usus : Morbi ex acido primarum viarum; icterus; hypochondriasis.

Dosis : Drachmæ duæ ad unciam unam, bis terve de die.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0455-9 DFG

## SUCCUS ANTISCORBUTICUS.

℞. Succi herbæ Cochleariæ officinalis,
—— ——— Sisymbrium Nasturtii,
—— fructus Citrus-aurantii, ana libram unam.
Alcoholis Nucis Myristicæ moschatæ uncias tres.

Misce, et sepone donec fæces subsiderint; dein effunde liquorem per subsidentiam depuratum.

Dosis : Uncia una—duæ—tres, bis terve de die.

---

## SUPPOSITORIUM.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ unciam semis.
Muriatis sodæ drachmas tres.
Farinæ Tritici uncias duas.
Mellis quantum satis,
Ut fiat pasta, in suppositoria formanda.

---
Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0456-5 DFG

# TINCTURÆ.

Syn. *Infusa alcoholisata; Essentiæ; Elixir.*

## TINCTURA ÆTHEREA.

Vulgo *Liquor Anodynus mineralis* Hoffmanni.

℞. Ætheris sulfurici alcoholisati libras duas.
Olei Vini drachmas tres.
Misce.

Usus: Ataxia; spasmi.

Dosis: Guttæ octo—viginti in vehiculo.

## TINCTURA ÆTHEREA CAMPHORATA.

Vulgo: *Liquor Nervinus.*

℞. Ætheris sulfurici alcoholisati uncias tres.
Camphoræ drachmas duas.
Misce.

Usus: Ataxia; spasmi; inflammationes viscerum occultæ; cardialgia podagrica.

Dosis: Guttæ viginti—ad unciam semis in vino albo generoso vel alcohole, repetendo pro re nata.

## TINCTURA ÆTHEREA FERRATA (Klaproth).

Syn. *Æther Sulphuricus ferratus; alcohol sulfuricatum cum ferro; Naphta vitrioli martialis* Klaproth; *Liquor anodynus mineralis martialis; guttæ nervinæ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0457-1 DFG

℞. Muriatis ferri liquidi unciam unam.

Misce in vase vitreo probe clauso cum Ætheris sulfurici unciis duabus.

Bene agitando; dein sepone quieti. Postea Ætherem aurei coloris acido supernatantem caute effunde, et in vase vitreo probe clauso, cum dupla quantitate alcoholis agitando, misce.

Virtus : Excitans ; antispasmodica ; roborans.

Usus : Spasmi; ataxia; asthenia generalis.

Dosis : Guttæ decem—triginta in vehiculo aquoso vel vinoso.

## TINCTURA ALOES.

Syn. *Tinctura Sacra.*

℞. Gummi-resinæ Aloes perfoliatæ unciam semis.

Extracti Glycyrrhizæ glabræ unciam unam semis.

Aquæ Cinnamomi,

Alcoholis diluti, ana uncias octo.

Digere in balneo arenæ, sæpius agitando, ut fiat solutio; dein cola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0458-7 DFG

Si additur Carbonatis sodæ uncia una, habetur:

### TINCTURA ALOËTICA ALCALINA.

Usus: Obstipatio; dyspepsia.

Dosis: Cochleare majus in vehiculo.

### TINCTURA ALOËS COMPOSITA.

Syn. *Elixir proprietatis.*

℞. Tincturæ Myrrhæ libram unam.
Stigmatum pistilli Croci sativi,
Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ, ana unciam unam semis.
Digere per octiduum, et cola.

Usus: Morbi viscerum pituitosi; amenorrhœa; dyspepsia.

Dosis: Cochleare parvulum, bis terve de die.

### TINCTURA AMARA.

Vulgo: *Elixir Stomachicum.*

℞. Radicis Gentianæ luteæ uncias duas.
Corticis flavi fructus Citrus-aurantii unciam unam.
Seminis Amomum-Cardamomi unciam semis.

Alcoholis diluti libras duas.

Digere per octiduum, et cola.

Usus : Dyspepsia.

Dosis : Drachmæ duæ—quatuor in vehiculo.

### TINCTURA AMARA HALENSIS.

Syn. *Essentia amara* Halensis.

℞. Herbæ Artemisia-Absinthii,
——— Tanaceti vulgaris,
——— Gentiana-Centaurei, ana uncias sex.
——— Menyanthis trifoliatæ uncias octo.
Alcoholis libras decem.
Carbonatis potassæ unciam unam.

Stent in digestione frigida per dies sex; dein cola.

℞. Radicis Angelicæ Archangelicæ,
——— Gentianæ luteæ,
——— Rumicis acuti,
Corticis flavi fructus Citrus-aurantii, ana uncias duas.
Alcoholis uncias viginti.

Stent in digestione per dies sex; dein colaturæ expressæ adde,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0460-6 DFG

Tincturæ Succini uncias duas.

Misce cum Tinctura præcedente, et in vase probe clauso usui serva.

Usus : Dyspesia ; flatulentia.

Dosis : Cochleare majus in vehiculo.

### TINCTURA AROMATICA.

℞. Corticis Laurus-Cinnamomi uncias duas.
Seminis Amomum-Cardamomi,
Florum cum pericarpio immaturo Caryophilli aromatici,
Radicis Amomum-Zingiberis, ana unciam semis.
Alcoholis libras duas.

Digere per sex dies ; dein cola.

Usus : Atonia ventriculi ; cardialgia podagrica ; asthenia generalis.

Dosis : Cochleare parvulum, bis terve die in vehiculo.

### TINCTURA AROMATICA ÆTHEREA.

Syn. *Spiritus ætheris vitriolici aromaticus.* Ph. Ed. ; *Elixir vitrioli dulce.* Ph. L.

℞. Corticis Laurus-Cinnamomi drachmas sex.

Seminis Amomum-Cardamomi unciam unam.

Radicis Angelicæ Archangelicæ drachmas tres.

Fructus Piperis longi drachmas duas.

Ætheris sulfurici alcoholisati libras duas cum dimidia.

Digere per dies septem vase clauso; dein per chartam cola.

Usus idem ac præcedentis.

Dosis: Guttæ decem—triginta, in haustu vini vel aquæ.

TINCTURA AROMATICA AMMONIACATA.

Syn. *Spiritus volatilis aromaticus; Spiritus ammoniæ aromaticus.* Ph. Ed. *Spiritus ammoniæ compositus.* Ph. L.

℞. Alcoholis ammoniacati uncias octo.

Olei volatilis Rosmarini officinalis drachmam unam semis.

—— —— Corticis flavi fructus Citri medicæ drachmam unam.

Digere, ut solvantur olea.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0462-8 DFG

Usus : Astenia nervosa ; syncope ; paralysis.

Dosis : Scrupulus unus — duo in vehiculo aquoso.

### TINCTURA AROMATICA SULFURICATA.

Syn. *Elixir vitrioli acidum Mynsichti.*

℞. Tincturæ Aromaticæ libram unam.
Instilla gradatim
Acidi sulfurici unciam semis.

Usus : Dyspepsia.

Dosis : Guttæ quindecim in vehiculo.

### TINCTURA ASSÆ FŒTIDÆ.

℞. Gummi-resinæ Ferula-Assæ fœtidæ uncias duas.
Alcoholis diluti libram unam.
Digere leni calore per sex dies; dein cola.

Usus : Morbi spasmodici. *Externus* : Caries.

Dosis : Drachma semis—una—duæ, bis terve de die.

### TINCTURA BALSAMICA.

Vulgo : *Tinctura Tolutana.*

℞. Balsami Toluiferæ balsamicæ unciam unam semis.

Alcoholis uncias sedecim.

Digere, donec balsamum solutum sit; dein cola.

*NB.* Si, loco balsami Tolutani, adhibetur, balsamum Myroxyli Peruiferi, habetur *Tinctura Balsami Peruviani* officinarum.

Usus: Morbi viscerum pituitosi; blennorrhœa. — Item ad parandun syrupum balsamicum.

Dosis: Drachma una — duæ in vehiculo.

## TINCTURA BALSAMICA COMPOSITA.

℞. Tincturæ Benzoës compositæ,
——— Guajaci, ana uncias sex.

Misce.

*Vel*:

℞. Tincturæ Guajaci balsamicæ uncias decem.

Terebinthinæ (vulgo *Balsami*) Pinus balsameæ uncias duas.

Digere leni calore, sæpius agitata phiala; dein cola et adde

Olei volatilis Menthæ piperitæ drachmam unam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0464-9 DFG

*Vel :*

℞. Balsami Myroxyli peruiferi unciam unam.
Terebinthinæ (vulgo *Balsami*) Copaiferæ officinalis unciam unam semis.
Stigmatum pistilli Croci sativi drachmam unam.
Alcoholis libram unam.

Digere leni calore, sæpius agitando, per triduum; dein cola.

Usus : Blennorrhœa; leucorrhœa; phthysis pituitosa ; gonorrhœa.

Dosis : Cochlearia duo parvula, bis terve de die, in haustu aquæ vel vini.

TINCTURA BENZOES COMPOSITA (Ph. L).

Syn. *Balsamum Commendatoris ; balsamum traumaticum.* Angl. *Turlington Balsam ; Friars balsam.*

℞. Balsami (vulgo *Resinæ*) Styracis Benzoin uncias tres.
——— Styracis officinalis uncias duas.
Balsami Myroxyli Peruiferi (vel Balsami Toluiferæ balsamicæ) unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0465-5 DFG

Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ unciam semis.

Alcoholis uncias triginta duas.

Mixta digere leni calore per decem dies; dein cola.

Usus *internus* (cum melle, saccharo, mucilagine aut vitello ovi forma emulsionis): spasmi ventriculi et intestinorum; flatulentia; tussis ab acri; morbi pulmonum pituitosi, atonici; blennorrhoeæ. *Externus:* Vulnera et ulcera; tumores frigidi; arthrodynia rheumatica et arthritica.

Dosis: Guttæ quindecim ad drachmam unam—duas, sæpius de die.

### TINCTURA BRUCEÆ.

*An eadem ac Tinctura corticis Angusturæ?*

℞. Corticis Bruceæ Wooginoos (ferrugineæ s. anti dysentericæ) pulv. uncias duas.

Alcoholis diluti libras duas.

Digere per octiduum, et cola.

Usus: Dysenteria; diarrhoea rebellis; blennorrhoeæ?

Dosis: Drachma una, sæpius de die in vehiculo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0466-1 DFG

TINCTURA CAMBOGIÆ AMMONIACATA.

℞. Gummi-resinæ Cambogia-Guttæ drachmam unam.

Alcoholis ammoniacati uncias octo.

Digere per triduum; dein cola.

Usus: Utilis inventa fuit in quibusdam morbis cutaneis.

Dosis: Drachma una—duæ, omni mane et vesperi in vehiculo.

TINCTURA CARDAMOMI.

℞. Seminis Amomum-Cardamomi uncias sex.

Alcoholis diluti libras duas cum dimidia.

Digere per octiduum et cola.

Usus: Flatulentia.

Dosis: Drachma una ad unciam unam, in vehiculo.

TINCTURA CASTOREI.

℞. Substantiæ unguinosæ, *Castoreum* dictæ, uncias duas.

Alcoholis libram unam.

Digere leni calore per decem dies, sæpius agitando; dein cola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0467-7 DFG

Usus : Morbi spasmodici.

Dosis : Drachma una—duæ, sæpius de die in vehiculo.

## TINCTURA CASTOREI ÆTHEREA.

℞. Castorei unciam unam.
Ætheris alcoholisati uncias sex.
Digere frigide in vase clauso per octiduum, sæpius agitando; dein cola.

Usus : Morbi spasmodici.

Dosis : Drachma semis—una, bis terve de die.

## TINCTURA CATECHU.

℞. Gummi-resinæ Mimosæ Catechu uncias tres.
Corticis Laurus-Cinnamomi pulv. uncias duas.
Alcoholis diluti libras duas.
Digere per triduum, et cola.

Usus : Hæmorrhœæ; blennorrhœæ.

## TINCTURA CHÆNOPODII.

℞. Herbæ Chænopodii ambrosioidei concisæ uncias tres.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0468-2 DFG

Alcoholis diluti libram unam.

Digere per quindecim dies, sæpius agitando; dein cola.

Usus: Asthenia nervosa; paralysis; aphonia nervosa.

Dosis: Drachma una ad unciam semis.

## TINCTURA CINCHONÆ.

Syn. *Tinctura Chinæ s. Corticis Peruviani.*

℞. Corticis Cinchonæ officinalis uncias quatuor.

Alcoholis diluti libras duas cum dimidia.

Digere per decem dies, et cola.

Dosis: Drachma una ad unciam unam, sæpius pro re nata.

## TINCTURA CINCHONÆ COMPOSITA.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis uncias tres.

Radicis Gentianæ luteæ,

Corticis flavi fructus Citrus-aurantii, ana unciam unam.

Alcoholis uncias sedecim.

Aquæ Cinnamomi uncias octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0469-1

Digere per octiduum, et cola.

Interdum adduntur:

Vel Carbonatis potassæ uncia semis.

Vel Acidi Sulfurici uncia semis.

Vel Tincturæ Lavandulæ compositæ unciæ duæ—tres.

Usus: Dyspesia; flatulentia; pyrosis; asthenia nervosa.

Dosis: Uncia semis cum unciis duabus aquæ.

### TINCTURA CINCHONÆ COMPOSITA (Huxham).

℞. Corticis Cinchonæ officinalis uncias duas.

——— flavi fructus Citrus-aurantii unciam unam semis.

Radicis Aristolochia-Serpentariæ drachmas tres.

Stigmatum pistilli Croci sativi drachmam unam.

Cocci Cacti pulv. scrupulos duos.

Alcoholis diluti uncias viginti.

Digere per quatuordecim dies; dein cola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0470-2
DFG

Usus : Dialeipyræ rebelles, præcipue cum physconia abdominali complicatæ; præprimis pro ægris qui Cinchonam per se ferre non possunt.

Dosis : Drachmæ duæ—quatuor, bis aut sæpius de die.

## TINCTURA CINNAMOMI.

℞. Corticis Laurus-Cinnamomi uncias tres.
Alcoholis diluti libras duas cum dimidia.
Digere per octiduum, et cola.

Usus : Dyspepsia; metrorrhagia; asthenia nervosa.

Dosis : Drachma una—tres, in vehiculo.

## TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA Ph. L.

℞. Corticis Laurus-Cinnamomi pulv. drachmas sex.
Seminis Amomum-Cardamomi demtis capsulis, drachmas tres.
Fructis Piperis longi,
Radicis Amomum-Zingiberis pulv. ana drachmas duas.
Alcoholis diluti libras duas.
Digere per octiduum, et cola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0471-8 DFG

Usus: Dyspepsia, et colica flatulenta, spasmodica, aut podadrica.

Dosis: Drachma una ad unciam semis, pro re nata repetenda.

## TINCTURA COLOCYNTHIDIS.

℞. Pulpæ fructus Cucumis-Colocynthidis, exemptis seminibus, unciam unam.
Capsularum seminalium Illicii anisati drachmam unam.
Alcoholis diluti uncias quatuordecim.
Digere per triduum et cola.

Usus: Paralysis; cephalæa rheumatica vel arthritica; arthrodynia ex hydrargyro; hydrops (Dahlberg).

Dosis: Guttæ duodecim, quater aut quinquies de die, cum Syrupo simplici vel cum haustu aquæ frigidæ; augendo quotidie guttas duas, donec alvum solvere incipiat.

## TINCTURA COLUMBO.

℞. Radicis Columbo uncias duas.
Alcoholis diluti libras duas.
Digere per octiduum, et cola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0472-3 DFG

Usus : Dyspepsia ; vomitus biliosus, post evacuationes debitas.

Dosis : Drachma una—duæ, sæpius de die, in vehiculo.

## TINCTURA CORTICIS AURANTII.

℞. Corticis flavi fructus Citrus-aurantii uncias quinque.

Alcoholis libras duas.

Digere per triduum, et cola.

Usus : Dyspepsia ; metrorrhagia.

Dosis : Drachma una—tres, sæpius de die in vehiculo.

## TINCTURA COSMETICA.

℞. Balsami Styracis Benzoin unciam unam.

—— —— officinalis unciam semis.

—— Myroxyli Peruiferi drachmam unam.

Simul tritis affunde

Alcoholis uncias octo.

Digere in balneo arenæ per octiduum, sæpius agitando ; dein cola.

Usus : Cosmeticus.

Dosis : Uncia semis ad libram unam Aquæ Rosæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0473-9 DFG

## TINCTURA CROCI.

℞. Stigmatum pistilli Croci sativi unciam unam.
Alcoholis diluti uncias quindecim.
Digere per quinque dies, et cola.

VIRTUS: Cardiaca; antispasmodica.

DOSIS: Guttæ triginta—quadraginta.

## TINCTURA DIGITALIS.

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum, et pulv. uncias duas.
Affunde
Alcoholis,
Aquæ destillatæ, ana uncias quatuor.

Digere leni calore, sæpius agitando, per viginti quatuor horas; dein per chartam cola.

USUS: Hydrothorax; anasarca; hæmoptysis.

DOSIS: Guttæ triginta cum uncia una Aquæ Menthæ pro haustu, bis terve de die; augendo gradatim, donec nauseam moveat.

TINCTURA FEBRIFUGA CLUTTONI.

℞. Acidi Sulfurosi,
—— Sulfurici,
Muriatis sodæ, ana uncias duas.
Alcoholis uncias tres.

Digere per mensem; dein destilla ad siccitatem. Liquido destillato adjice

Radicis Angelicæ Archangelicæ,
—— Aristolochia-Serpentariæ,
Seminis Amomum-Cardamomi, ana drachmam unam semis.

* Digere per octiduum, et cola.

— stomachicæ H. SMITH, ib.
— e styrace, 374
— tonicæ BACHERI, 364
PLUMBUM, 111
— acetatum, 112
— aceticum, 113
— calcinatum, 111
POMPHOLYX PRÆPARATA, 133
POTASSA, 25
— fusa, 27
— liquida, 25
*POTASSE*, 25
— *fondue*, 27
POTIONES, 375
POTIO alcalina, ib.
— antacida, ib.
POTIO antifebrilis acidula, p. 376
— balsamica alcalisata, ib.
— cathartica, 377
— diuretica, 378
— nitricata, ib.
— oxygenata, 379
— picea, ib.
— terebinthinata, 380
PRÆPARATA PLUMBI, 111
— STANNI, 115
— STIBII, 116
PULPÆ, 221
PULPA amlicæ Indicæ, ib.
— cassiæ, ib.
— prunorum, 222
— tamarindorum, 221
PULVERES, 381
PULVIS Alexiterius, 384
— Algarothi, 117, 123
— angelicus, 117
— antacidus, 381
— anthelminthicus, ib.
— antispasmodicus STAHLII, 382
— aromatico-ferratus, 384
— aromaticus, 383
— bezoardicus HALENSIS, 387

Pulvis cardiacus, p. 384
— — Cellensis, 385
— catharticus, ib.
— — absorbens, 386
— chalybeatus, 84
— e cinchona catharticus, 387
— Constantini, 109
— diaromaton, 383
— diaphoreticus, 387
— ad diarrhœam rebellem, 388
— digestivus, ib.
— diureticus, 389
— emeticus, ib.
— errhinus, ib.
— ferratus, ib.
— hydragogus, 390
— Jacobi, 129
— laxans, 391
— mercurialis argenteus, 109
— pectoralis Wedelii, 392
— principis, 97
— sarsaparillæ, 392
— scillæ compositus Stahlii, 393
— stanni, 115, 393
— stibiatus, 394
Pulvis stomachicus Birkmanni, p. 395
— stypticus, ib.
— sudorificus Doveri, 396
— e sulfureto calcis, ib.
— temperans, 397
— tonicus, ib.

Q.

R.

Regulus antimonii simplex s. vulgaris, 116
— — stellatus, ib.
— arsenici, 75
— manganesii, 110
— stibii simplex, 116
— wismuthi, 77
Resinæ purificatæ, 149
Resina jalappæ purificata, 149
— pini flava, 162
Roob, 222
Roob antisyphiliticum, ib.
— Berberum, ib.

Roob cerasorum, p. 223
— citri, *ib.*
— corticis nucum juglandis regiæ, 224
— cydoniorum, *ib.*
— dauci, 217
— juniperi, 224
— mori nigræ, 223
— myrtillorum, *ib.*
— oxycocci, *ib.*
— ribesiorum nigrorum *ib.*
— —— rubrorum, *ib.*
— rosæ caninæ, 225
— rubi Idæi, 223
— sambuci, 225
— vitis Idææ, 223
Rubigo chalybis præparata, 84
Rubigo s. ochra martis, *ib.*

S.

Saccharum saturni 113
Sal absinthii, 37
— acetosellæ, 44
— alcalinus fixus mineralis, 50
— — — vegetabilis purificatus, 38
— amarum, 71
Sal ammoniacum artefactum, 33
— —— depuratum, 34
— —— liquidum, 29
— —— martiale, 87
— ammoniacus, 33
— ——— fixus, 66
— ——— volatilis, 30
— anglicus, 71
— cardui benedicti, 37
— catharticus amarus, 70
— centaurei minoris, 37
— commune, 51
— culinaris, *ib.*
— diureticus, 36
— e duobus, 45
— Epsomensis s. Epsomiensis, 71
— essentiale tartari, 21
— fossile, 51
— fossilis purificatus, 50
— gemmæ, 51
— Glauberi, 53
— herbarum, 38
— marinus, 51
— martis s. chalybis, 89
— — muriaticum sublimatum, 87
— — muriaticus, 88
— mirabilis Glauberi, 53

Sal muriaticus, p. 51
— plantarum fixus, 38
— polychrestum Seignetti, 55
— polychrestus Glaseri, 45
— prunellæ, ib.
— rochettæ, 50
— Rupellense, 55
— saturni, 113
— Sedlicensis, 71
— Seidschützensis, ib.
— Seignetti, 55
— tartari, 37
— universale herbarum, 38
— vegetabile, 47
— volatile salis ammoniaci, 30
— — succini, 20
— vomitorium, 134
Sales et Salina, 1
Sales acidi, ib.
— ex acido et ammoniaca compositi, 28
— — et potassa compositi, 36
— — et soda compositi 48
— alcalini, 23
— argenti, 73
Sales cupri, p. 79
— ferri, 86
— hydrargyri, 101
— metallici, 72
— neutrales, 28
— neutri, ib.
— plumbi, 112
— salini, 28
— stibii, 127
— terrestres s. terrei 57
Salia media, 28
Sapones, 141
Sapo amygdalinus, ib.
— antimonialis, 142
— guajacinus, ib.
— jalappinus, ib.
— medicatus, 141
— medicinalis, ib.
— officinalis, ib.
— Starkeyanus, 143
— stibiatus, 142
— tartareus, 143
— terebinthinatus, ib.
*Scotch pills*, 356
Scutum stomachicum, 398
Serum antiscorbuticum, 399
— lactis acetosum, 398

SERUM lactis temperans, p. 399
— — vinosum, *ib.*
— sinapinum, *ib.*
SEVUM ovillum, 171
SINAPISMUS, 400
*SIROP de CUISINIER*, 235
— *d'orgeat*, 233
SODA, 28
SODA acetata, 48
— caustica, 28
— Hispanica purificata 50
— phosphorata, 52
— purificata, 50
— tartarisata, 55
— vitriolata, 53
SOLUTIONES, 401
SOLUTIO ætherea, *ib.*
— alcalina, *ib.*
— argenti in acido nitrico, 73
— arsenici, 402
— balsamica alcalisata *ib.*
— calcis, 403
— camphoræ ætherea 196
— ——— aquosa, 403
— cerata, 405
— cuprata, *ib.*
— ferrata, 406
SOLUTIO ferri aluminosa, p. 406
— gelatinosa, 407
— hydrargyri, *ib.*
— hypnotica, 408
— mucilaginosa, 409
— muriatis barytæ, 410
— — calcis, *ib.*
— — potassæ oxygenati, 411
— myrrhæ, *ib.*
— — alcalisata, 412
— nitratis hydrargyri, *ib.*
— nitricata, 413
— plumbi in acido acetoso 114
— rhei alcalisata, 413
— sedativa, 408
SPATHUM calcareum, 64
— Islandicum, *ib.*
— ponderosum, 62
SPECIES aromaticæ, 383
SPIRITUS aceti, 1
— ætheris vitriolici, 194
— — — aromaticus, 419
— — — compositus, 195
— æthereus, 194
— — vitriolatus, 195

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0536-9
DFG

SPIRITUS ammoniæ, p. 183
— — aromaticus, 420
— — compositus, *ib.*
— angelicæ composit. 178
— anisi compositus, *ib.*
— aromatisati, 175
— avenæ, 172
— Carmelitarum, 182
— cassiæ, 177
— cinnamomi, *ib.*
— cochleariæ, 176
— — compositus, 180
— corticis aurantii, 177
— Diatrion rectificatus, 306
— hordei, 172
— juniperi compositus 181
— lavandulæ, 177
— — compositus, 437
— melissæ compositus, 182
— menthæ, 176
— MINDERERI, 29
— nitri acidus, 11
— — vulgaris, 15
— — dulcis, 185
— nitrico æthereus, *ib.*
— ophthalmicus Mindereri, 29
SPIRITUS oryzæ, p. 172
— Myrtus-pimentæ, 177
— Raphani compositus, 180
— rosmarini, 177
— salinus aromaticus, 184
— salis ammoniaci, 31
— — — aquosus, *ib.*
— — — cum calce viva paratus, 23
— — — causticus, *ib.*
— — — dulcis, 183
— — — simplex, 31
— — — vinosus, 183
— — dulcis, 185
— — fumans Glauberi, 8
— — marini acidus, *ib.*
— secalis, 172
— seminum carvi, 177
— serpylli, *ib.*
— stillatitii, 175
— sulphurico-æthereus, 194
— *terebinthinæ*, 161
— — rectificatus, *ib.*
— theriacalis, 178
— trifolii fibrini, 176
— tritici, 172
— vini, *ib.*
— — camphoratus, 154

SPIRITUS vini communis, p. 172
— — concentratus, 173
— — dilutus, 174
— — rectificatissimus, 173
— — rectificatus, 172
— — tenuis, 174
— vitrioli, 19
— — dulcis, 186, 195
— volatilis aromaticus, 420
SPODIUM, 67
SPONGIA officinalis, 67
— usta, *ib.*
STANNUM, 115
STANNUM pulveratum, *ib.*
— suboxydatum, *ib.*
STIBIUM, 116
STIBIUM oxydatum album, 118
— purum, 116
— sulphuratum nigrum lævigatum, 125
SUCCINAS ammoniacæ, 35
SUCCUS antiscorbuticus, 414
— citri concentratus, 6
SUCCUS cochleariæ compositus, p. 219
— dauci inspissatus, 217
— limoniorum concentratus, 6
SULFAS aluminæ acidus cum potassa vel ammoniaca, 58
— ——— fusus, 59
— ammoniacæ, 36
— ——— cupratus, 81
— barytæ, 62
— baryticus, *ib.*
— cupri, 80
— — ammoniacalis, 81
— ferri, 89
— hydrargyri luteus, 109
— — cum excessu oxydi, *ib.*
— magnesiæ, 70
— potassæ, 45
— sodæ, 53
— zinci, 134
*SULFATE acide d'alumine et de potasse ou d'ammoniaque*, 58
— *de barite*, 62
— *de cuivre*, 80
— *de fer*, 89
— *de magnésie*, 71

*SULFATE de soude*, p. 53
— — *sulfuré*, 54
— *de zinc*, 134
SULFIS sodæ sulfuratus, 54
SULFUR, 144
*SULFURE d'antimoine*, 125
— *de mercure noir*, 99
— — *rouge*, 100
SULFURETA alcalina, 135
— metallica, 72
— hydrargyri, 99
SULFURETUM calcareum, 135
— calcis, *ib.*
— — stibiatum, 136
— hydrargyri nigrum, 99
— — rubrum, *ib.*
— — stibiatum nigrum, 100
— potassæ stibiatum, 138
— stibii arsenicatum, 126
SULPHUR antimonii auratum, 121
— citrinum, 144
— depuratum, *ib.*
SULPHUR nativum, p. 144
— præcipitatum, 145
— purificatum, 144
— stibiatum aurantiacum, 121
— — rubeum, 119
— sublimatum, 144
SUPPOSITORIUM, 414
SYRUPI, 225
SYRUPUS acetositatis citri, 226
— acidi acetici, 225
— — citrici, 226
— althææ, 232
— amygdalinus, 233
— antiscorbuticus compositus, 226
— antisyphiliticus, 236
— balsamicus, 228
— berberis, *ib.*
— cerasorum, 228
— cinnamomi, 229
— cochleariæ compositus, 227
— corticis aurantii, 234
— diacodii, 231
— erysimi, 229
— florum aurantii, *ib.*
— hypnoticus, 231

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0539-9 DFG

SYRUPUS mori, p. 228
— opiatus, 231
— papaveris somniferi 234
— rhamni cathartici, 230
— rhei alcalisatus, 235
— ribes rubri, 228
— rubi idæi, *ib.*
— — — acetatus, 230
— sacchari, *ib.*
— sarsaparillæ compositus, 235
— scilliticus, 232
— sedativus, 231
— simplex, 232
— de spina cervina, 230
— e succo citri, 226
— zingiberis, 236

T.

TARTARUM solubile, 47
TARTARUS antimonialis, 130
— chalybeatus, 90
— depuratus, 46
— emeticus, 130
— mercurialis, 109
— natronatus, 55
— purificatus, 46
— regeneratus, 36
TARTARUS stibiatus, p. 130
— tartarisatus, 47
TARTRIS ferri cum potassa, 90
— hydrargyri, 109
— potassæ, 47
— — acidulus, 46
— — — *stibiatus*, 130
— — ferratus, 90
— — stibiatus, 130
— sodæ, 55
— stibii, 132
— — cum potassa, 130
*TARTRITE de mercure*, 109
— *de soude*, 55
TEREBINTHINA cocta, 162
TERRÆ, 57
TERRA aluminis, *ib.*
— argillacea pura, *ib.*
— bolaris, *ib.*
— calcarea aërata, 64
— — pura, 63
— — — communis, 64
— foliata mercurialis, 101, 109
— — — tartari, 36
— — — crystallisabilis 48

TERRA foliata tartari crystallisata, p. 48
— ponderosa acetata, 60
— — aërata, *ib.*
— — muriata, 61
— — salita, *ib.*
— — vitriolata, 62
— muriatica, 69
— vitrioli dulcis, 86
TESTÆ ostrearum, 64
— ovorum, *ib.*
— — præparatæ, 65
THERIACA Andromachi correcta, 293
TINCAL purificatum, 49
TINCTURÆ, 415
TINCTURA absinthii, 440
— ætherea, 415
— — camphorata, *ib.*
— — ferrata, *ib.*
— aloës, 416
— — composita, 417
— aloetica alcalina, *ib.*
— amara, 417
— — HALENSIS, 418
— antimonialis HUXHAMI, 457
— antimonii acris, 448
— — alcalina, *ib.*
TINCTURA aromatica, p. 419
— — ætherea, *ib.*
— — ammoniacata, 420
— — sulfuricata, 421
— assæ fœtidæ, *ib.*
— aurea, 197
— balsamica, 421
— — composita, 422
— balsami Peruviani, *ib.*
— benzoes composita 423
— Bruceæ, 424
— cambogiæ ammoniacata, 425
— cantharidum, 438
— cardamomi, 425
— cascarillæ, 460
— castorei, *ib.*
— — ætherea, 426
— catechu, *ib.*
— chænopodii, *ib.*
— Chinæ, 427
— cinchonæ, *ib.*
— — composita, *ib.*
— — — HUXHAMI, 428
— cinnamomi, 429
— — composita, *ib.*
— colocynthidis, 430
— columbo, *ib.*
— corticis angusturæ 424

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0541-6
DFG

TINCTURA corticis aurantii, p. 431
— — Peruviani, 427
— cosmetica, 431
— croci, 432
— digitalis, *ib.*
— febrifuga acida, 306
— — CLUTTONI, 433
— ferri acetici ætherea, 188
— — muriati, 440
— fœtida ammoniacata, 433
— galbani, 434
— guajaci, *ib.*
— — ammoniacata, 435
— — volatilis, *ib.*
— hellebori, 436
— ——— albi, 450
— hypnotica, 444
— jalappæ, 436
— kino, *ib.*
— lavandulæ, 437
— littæ vesicatoriæ, 438
— martis salita, 440
— melampodii, 436
— menyanthis, 439
— moschi, 440
— muriatis ferri, *ib.*
— myrrhæ, 441
TINCTURA myrrhæ aquosa, 411
— nervina HALENSIS, 197
— opii camphorata, 445
— pimentæ sulfuricata, 441
— pimpinellæ, 442
— —— composita, *ib.*
— plumbata, 443
— quassiæ, *ib.*
— rhei, *ib.*
— —— aquosa, 413
— roborans, 444
— sacra, 416
— saturnina s. plumbata, 443
— sedativa, 444
— — camphorata, 445
— — mitior, *ib.*
— sennæ, *ib.*
— —— composita, 446
— stibii alcalisata, 448
— — ammoniacata, *ib.*
— strychnos, *ib.*
— succini ætherea, 449
— thebaica, 444
— tolutana, 421
— valerianæ, 449
— — ammoniacata, *ib.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0542-2

TINCTURA valerianæ volatilis, p. 449
— veratri, 450
— zingiberis, ib.

V.

*VENUS,* 78
VINA MEDICATA, 451
VINUM alcetico-alcalinum, ib.
— amaro-ferratum, 454
— amarum alcalisatum HOFFMANNI, 451
— — — WERLHOFII, 452
— — — Ph. BER. 453
— ad blennorrhœam, 454
— cochleariæ compositum, 455
— ferratum, 456
— nicotianæ, ib.
— psycothriæ s. ipecacuahnæ, ib.
VINUM stibiatum, p. 457
— tonico-stimulans, 458
VIRIDE æris, 79
— — deſtillatum, ib.
VITRIOLUM album, 134
— cæruleum, 80
— cupri, ib.
— cyprinum, ib.
— martis s. ferri, 89
— viride, ib.
— zinci, 134
VITRUM antimonii, 124

W.

*WARD'S white drop,* 412
——— *Paste,* 287

Z.

ZINCUM, 132
— oxydatum album, ib.
— sulphuricum, 134
— vitriolatum, ib.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0543-8
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0544-3

# PHARMACOPŒIÆ
## MEDICI PRACTICI
## UNIVERSALIS,
### PARS TERTIA,

SISTENS

MEDICAMENTA Præparata et Composita usui præcipue externo dicata.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0545-9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0546-5

DFG

# PHARMACOPOEIA
## CHIRURGICA,

SISTENS

MEDICAMENTA PRÆPARATA
ET COMPOSITA,

USUI EXTERNO ET MORBIS PRÆCIPUE
EXTERNIS CURANDIS DICATA.

AUCTORE

F. SWEDIAUR, M. D.

PARISIIS,

Apud J. J. FUCHS; et apud fratres LEVRAULT;
LONDINI, apud Joann. CALLOW;
LIPSIÆ, apud Gerard. FLEISCHER;
VIENNÆ, apud Rud. GRAEFFER.

M DCCC III.

EX TYPIS GUILLEMINET, NATU MAJORIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0547-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0548-7

# ELENCHUS
# PHARMACOPŒIÆ CHIRURGICÆ.

## SECTIO PRIMA.

I. *Acida*, p. 509

*Acidum aceticum*, ib.

——— *citricum*, ib.

——— *muriaticum*, 510

——— ——— *oxygenatum*, ib.

——— *nitricum*, ib.

——— *phosphoricum*, 511

——— *sulfuricum*, ib.

——— *tartaroſum*, ib.

II. *Alcalia et Sales Salini*, 511

1. *Ammoniaca*, ib.

*Acetas ammoniacæ*, 512

*Carbonas* ———, ib.

*Murias* ———, ib.

*Succinas* ———, ib.

2. *Potaſſa*, ib.

*Potaſſa fuſa*, 513

*Carbonas potaſſæ*, ib.

*Murias* ——— *oxygenatus*, ib.

*Nitras* ———, ib.

*Tartris* ——— *acidulus*, ib.

3. *Soda*, p. 513
*Boras sodæ*, ib.
*Carbonas* ——, ib.
*Murias* ——, 514
*Nitras* ——, ib.
III. *Terræ et Sales Terrei*, 514
1. *Calx*, ib.
*Carbonas calcis*, ib.
*Murias* ——, 515
*Phosphas* ——, ib.
2. *Alumina*, ib.
*Alumen s. Sulfas aluminæ*, ib.
—— *fusum*, 516
IV. *Metalla eorumque Oxyda et Sales Metallici*, 516
1. *Nitras argenti fusus*, ib.
2. *Oxydum arsenici*, 517
3. —— *bismuthi*, ib.
4. —— *cupri*, ib.
*Sulfas* ——, ib.
5. *Oxydum ferri rubrum*, ib.
*Murias* ——, 518
*Sulfas* ——, ib.
*Tartris* ——, ib.
6. *Oxyda hydrargyri*, ib.
*Murias* ——, 519

*Murias hydrargyri ammoniacalis* p. 519
——— ——— *oxygenatus*, ib.
*Sulfas* ———, ib.
7. *Oxydum manganesii*, ib.
8. *Oxyda plumbi*, 520
*Acetas* ———, ib.
9. *Murias stibii oxygenatus*, ib.
*Tartris* —— *cum potassa*, 521
10. *Oxydum zinci*, ib.
*Sulfas* ———; ib.
V. *Sulfureta*, 521
*Sulfuretum calcis*, ib.
——— *potassæ et sodæ*, ib.
——— *hydrargyri rubrum*, ib.
VI. *Olea et Oleosa*, 522
VII. *Sapones*, 527
VIII. *Alcohol et Alcoholisata*, ibid.
IX. *Æther et Ætherea*, 530
X. *Tincturæ*, 531
XI. *Aceta*, 537
XII. *Liquores*, 538
XIII. *Solutiones*, 543
XIV. *Aquæ*, 549
XV. *Decocta et Infusa*. 550
XVI. *Mucilagines*, 552

*XVII. Gelatinæ*, p. 553
*XVIII. Succi*, 554
*XIX. Extracta*, ibid.
*XX. Pulveres*, 556
*XXI. Spongiæ, aliarumve substantiarum præparatio*, 565
*XXII. Moxa*, 567

SECTIO SECUNDA.

*I. Collyria*, 569
*II. Collutoria*, 572
*III. Gargarismata*, 575
*IV. Lotiones*, 577
*V. Injectiones*, 583
*VI. Enemata*, 589
*VII. Fotus*, 593
*VIII. Cataplasmata*, 600
*IX. Cereoli medicati; Catheteres; Turundæ et Pessaria*, 607
*X. Emplastra et Cerata*, p. 612
*XI. Linimenta*, 627
*Linimenta Mellita*, 639
*XII. Unguenta*, 642

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0552-8
DFG

# PHARMACOPŒIÆ CHIRURGICÆ,

## SECTIO PRIMA,

SISTENS

## MEDICAMENTA PRÆPARATA.

### ACIDA.

**Acidum aceticum** concentratum et dilutum.

Usus *concentrati* : Hæmorrhœa gingivarum aut faucium scorbuticorum; hæmorrhagia alveoli post dentem evulsum. — *Forma vaporis* : Ad aërem noxium et effluvia putrida et contagiosa corrigenda. — *Naribus adplicando* : Ad refocillandos ægros sub operationibus chirurgicis. — *Diluti* : Ad gargarismata, lotiones, injectiones, enemata et fotus varios.

**Acidum citricum.**

Usus : Gingivarum laxitas; ulcera oris et faucium putrida, scorbutica, etc.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0553-3

## ACIDUM MURIATICUM.

Usus eximius *forma vaporis* : Ad corrigenda et destruenda effluvia morbosa putrida et contagiosa varia (Guyton-Morveau). (Vide *Liquor Alexiterius*). *Penicillo adplicando* : Ulcera scorbutica; aphthæ; verruca aut callositas cutis. — *Aqua multa diluti forma injectionis* : Stranguria habitualis. — *Forma pediluvii* : Podagra atonica, retrocedens, aberrans.

## ACIDUM MURIATICUM OXYGENATUM.

Virtus : Antiseptica; miasmata morbosa nosocomiorum et venena narcotica, ac plura venena animalia efficaciter destruens.

Usus : Ulcera cutis vel faucium putrida; vulnus recens ex morsura canis rabidi. — *Forma vaporis* : Ad corrigendum aërem et effluvia morbosa varia nosocomiorum, etc. (Vide *Liquor Alexiterius*).

## ACIDUM NITRICUM.

Virtus : Caustica. — *Diluti* : Antiseptica.

Usus : Verruca. — *Item* pro parandis præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0554-9

paratis variis. — *Forma vaporis*: Ad corrigenda et destruenda effluvia nosocomiorum morbosa, putrida.

### ACIDUM PHOSPHORICUM.

Usus *forma lotionis aut fotus*: Arthrodynia podagrica.

### ACIDUM SULFURICUM.

Virtus *diluti*: Styptica.

### ACIDUM TARTAROSUM.

Usus idem fere ac acidi citrici.

---

## ALCALIA ET SALES SALINI.

### AMMONIACA.

Virtus: Caustica, corrosiva.

Usus *naribus adplicando*: Asphyxia; Syncope. — *Forma lotionis, linimenti, etc.* Vulnus ex morsura canis rabidi, viperæ, ex punctura vesparum, apium, etc.; erythema ex ambustura recenti; tophi; tumores cystici.

(Vide *Linimentum ammoniacale, embrocatio*).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0555-5
DFG

ACETAS AMMONIACÆ LIQUIDUS.

Usus *scopo resolvendi*: Tumores frigidi; orchiocele; ophthalmia.

CARBONAS AMMONIACÆ LIQUIDUS.

Usus idem ac ammoniacæ. — *Aqua diluti*: Tumores lactei; tumores et ulcera scrophulosorum et rhachiticorum.

MURIAS AMMONIACÆ.

Usus *forma fotus aut lotionis frigidæ scopo resolvendi*: Vulnera, tumores, et dolores ex contusura, distorsione, luxatione; ecchymoma; orchiocele.

SUCCINAS AMMONIACÆ.

Gallis *Eau de Luce*.

Usus *naribus adplicando*: Syncope.

---

POTASSA.

Virtus: Caustica.

Usus: Lixivii saponariorum ambustura mox initio; vulnus ex morsura canis rabidi.—*Forma balnei*: Tumores et ulcera scrophulosorum et rhachiticorum. *Forma linimenti*: Tumores varii ex lympha coagulata.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0556-1
DFG

## POTASSA FUSA.

Usus : Caro fungosa; excrescentiæ; paralysis extremitatum inferiorum (Pott).

## CARBONAS POTASSÆ.

Virtus idem fere ac potassæ sed mitior.

## MURIAS POTASSÆ OXYGENATUS.

Usus : Psora; herpes; ulcera syphilitica?

## NITRAS POTASSÆ.

Usus forma gargarismatis, aut enematis, etc. Scopo refrigerandi.

## TARTRIS POTASSÆ ACIDULUS.

Usus *cum melle*: Ulcera oris, etc. putrida. —Scopo dentifricio ad mundundos dentes.

---

## SODA.

Usus idem ac potassæ.

## BORAX seu BORAS SODÆ ALCALESCENS.

Usus : Aphthæ.

## CARBONAS SODÆ.

Usus idem ac carbonatis potassæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0557-6
DFG

## MURIAS SODÆ.

Usus *forma fotus* : Scopo discutiendi *decrepitati in sacculis* scopo resolvendi : Tumores rheumatici ; odontalgia ; otalgia et tonsillitis rheumatica. — *Item forma fotus, balnei* : Tumores scrophulosorum et rhachiticorum ; contusura ; distorsio. — *Forma injectionis* : Cerumen induratum. — *Forma balnei* : Morbi cutis aliive ubi balnea maris conveniunt.

## NITRAS SODÆ.

Usus idem ac nitratis potassæ.

---

# TERRÆ ET SALES TERREI.

## CALX.

Virtus : Caustica.

Usus : Nævi et excrescentiæ. — Item ad parandam *Aquam Calcis* dictam.

## CARBONAS CALCIS.

Lapides cancrorum, testæ ovorum, conchæ ostrearum, aut corallia rubra aqua probe

abluta, dein siccata in pulverem tenuissimum redigantur, qui per linteum trajiciatur.

VIRTUS: Antacida.

USUS *scopo exsiccandi*: Ulcera. — Item ad pulveres dentifricios.

## MURIAS CALCIS.

USUS *aqua diluti*: Ulcera phagedænica; tumores aliave vitia scrophulosorum. — Item ad parandam *Aquam marinam artificialem*.

## PHOSPHAS CALCIS USTUS.

Frusta cornu cervi aut ossa animalium ad albedinem calcinata in pulverem tenuissimum redigantur.

USUS *inspergendo*: Hæmorrhagiæ; ulcera laxa, humida.

---

## ALUMINA.

SYN. *Terræ bolares*.

VIRTUS: Exsiccans.

## ALUMEN s. SULFAS ALUMINÆ ACIDUS cum POTASSA vel AMMONIACA.

VIRTUS: Styptico-adstringens.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0559-1 DFG

Usus *forma lotionis, injectionis, etc.* Hæmorrhagiæ; hæmorrhœæ; blennorrhœæ; gingivarum laxitas; Pernio.

### ALUMEN FUSUM seu USTUM.

Virtus : Corrosivo-Styptica.

Usus : Caro luxurians; excrescentiæ; ulcera putrida.

---

## METALLA EORUMQUE OXYDA, ET SALES METALLICI.

### *PRÆPARATA ARGENTI.*

### NITRAS ARGENTI FUSUS.

Syn. *Causticum Lunare; lapis infernalis.*

Virtus : Caustica.

Usus *per se :* Caro luxurians; ulcera callosa; excrescentiæ; tumores indolentes, atonici. — *Aqua diluti forma gargarismatis vel injectionis :* Ulcera oris et faucium ex hydrargyro; cynanche ulcerosa putrida; fistula; blennorrhœa.

Dosis : Grani unius ad grana 500 aquæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0560-2

## *PRÆPARATA ARSENICI.*

### OXYDUM ARSENICI ALBUM.

Usus *aqua soluti* : Carcinoma; ulcera phagedænica. — *Cum oleo triti* : Morbi cutanei rebelles apud Hindous.

## *PRÆPARATA BISMUTHI.*

### OXYDUM BISMUTHI.

Usus : Cosmeticus.

## *PRÆPARATA CUPRI.*

### OXYDUM CUPRI VIRIDE.

Virtus : Corrosiva.

Usus : Ulcera atonica, callosa, cancrosa; excrescentiæ.

### SULFAS CUPRI.

Usus *per se* : Ulcera callosa, fungosa; excrescentiæ. — *Aqua soluti* : Hæmorrhagia; blennorrhœa.

## *PRÆPARATA FERRI.*

### OXYDUM FERRI RUBRUM.

Virtus : Styptica; exsiccans.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0561-7
DFG

MURIAS FERRI.

VIRTUS : Styptica, corrodens.

USUS pro paranda tinctura.

SULFAS FERRI.

USUS *aqua soluti* : Hæmorrhagia; blennorrhœa.

TARTRIS FERRI CUM POTASSA.

USUS *forma fotus, balnei, etc.* : Distorsio; luxatio.

## *PRÆPARATA HYDRARGYRI.*

OXYDUM HYDRARGYRI GRISEO-NIGRUM.

USUS *forma unguenti* : Syphilis; ulcera syphilitica; varices ani dolentes; tumores ex lympha coagulata; ophthalmia palpebrarum.

OXYDUM HYDRARGYRI ALBUM.

USUS : Ulcera syphilitica; cutis vitia varia.

OXYDUM HYDRARGYRI RUBRUM.

VIRTUS : Irritans, corrosiva.

USUS *forma pulveris inspergendo* : excrescentiæ et ulcera syphilitica. — *Forma linimenti* : Ophthalmia; ulcera.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0562-3 DFG

## MURIAS HYDRARGYRI.

Usus *varia forma* : Ulcera syphilitica. — *Forma frictionum superficiei oris internæ* : Syphilis ; ulcera oris, ſaucium et narium syphilitica. — *Oculo inflati* : Maculæ corneæ.

## MURIAS HYDRARGYRI AMMONIACALIS.

Usus : Psora, aliave cutis vitia varia.

## MURIAS HYDRARGYRI OXYGENATUS.

Virtus : Corrosiva, caustica ; summe venenata.

Usus *aqua soluti* : Syphilis ; blennorrhagia syphilitica ; psora, aliave cutis vitia varia.

## SULFAS HYDRARGYRI LUTEUS cum excessu oxydi.

Virtus : Irritans ; corrosiva ; emetica.

Usus : Amaurosis. *Vide* PULVIS ERRHINUS.

# *PRÆPARATA MANGANESII.*

## OXYDUM MANGANESII NIGRUM.

Usus : Morbi cutis ; tinea ; herpes ?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0563-9

## PRÆPARATA PLUMBI.

OXYDUM PLUMBI ALBUM,
——— PLUMBI SEMIVITREUM,
——— PLUMBI RUBRUM.

Virtus : Venenata; sedativa; adstringens; exsiccans.

### ACETAS PLUMBI CRYSTALLISATUS.

Virtus eadem ac priorum.

### ACETAS PLUMBI LIQUIDUS.

Syn. *Extractum Saturni; acetum lithargyrii.*

Usus *varia forma* : Hæmorrhagia; hæmorrhœa; blennorrhœa; phlegmone; erythema; cutis vitia varia; cnesmus localis; varix ani; ophthalmia; ecchymoma; arthrodynia rheumatica.

## PRÆPARATA STIBII s. ANTIMONII.

### MURIAS STIBII OXYGENATUS.

Syn. *Butyrum antimonii.*

Virtus : Caustica, corrosiva, venenata.

Usus : Excrescentiæ; ulcera callosa; tumores indolentes; caries; staphyloma.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0564-5

### TARTRIS STIBII CUM POTASSA.

Syn. *Tartarus emeticus s. antimonialis.*

Usus : Ulcera rebellia.

## *PRÆPARATA ZINCI.*

### OXYDUM ZINCI ALBUM.

Usus : Herpes ; ophthalmia palpebrarum ; fissura papillarum ; ulcera.

### SULFAS ZINCI.

Usus *forma varia* : Blennorrhœa ; ophthalmia ; cutis vitia varia ; ulcera ; varix ani.

---

## SULFURETA.

---

### SULFURETUM CALCIS,
### ——— POTASSÆ aut SODÆ.

Usus *internus* : Ptyalismus aliive morbi ex hydrargyro. *Externus forma lotionis, balnei, etc.* : Morbi cutis varii.

### SULFURETUM HYDRARGYRI RUBRUM.

Usus *forma fumigationis* : Ulcera ; excrescentiæ, aliave vitia syphilitica rebellia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0565-1
DFG

# OLEA ET OLEOSA.

---

## *OLEA VOLATILIA.*

Virtus *in genere :* Stimulans, reſolvens.

### OLEUM VOLATILE BENZOES.

Usus idem fere ac olei camphoræ.

### OLEUM VOLATILE CAMPHORÆ.

Usus : Arthrodynia rheumatica et podagrica; Myodynia.

### OLEUM CAMPHORÆ NITRICATUM.

Virtus : Corroſiva.

Usus : Excreſcentiæ aut ulcera calloſa, fungoſa; myodynia aut arthrodynia rheumatica inveterata, rebellis; paralyſis.

### OLEUM FLORUM CARYOPHILLI AROMATICI.

Virtus : Corroſiva.

Usus : Odontalgia a carie dentis; paralyſis linguæ.

### OLEUM FLORUM LAVANDULA-SPICÆ.

Usus : Ganglion; tumores frigidi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0566-6
DFG

OLEUM FOLIORUM MELALEUCA-LEUCADENDRI.

Usus idem ac olei camphoræ.

OLEUM HERBÆ THYMUS-SERPYLLI.

Usus idem ac olei lavandulæ.

OLEUM THEREBINTHINÆ PINUS-LARICIS.

Usus: Ulcera putrida et verminosa; dolores rheumatici; pernio; tumores atonici.

*NB.* Leniter calefactum est stypticum egregium arteriæ vulneratæ adplicando.

OLEUM *RADICIS* VALERIANÆ CELTICÆ.

Usus præcipuus pro frictionibus post balnea vaporis.

---

## *OLEA FIXA.*

Virtus *in genere:* Emolliens; involvens; relaxans.

OLEUM AMYGDALARUM.

——— CACAO BUTYRACEUM.

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ quantum placet.
Arenæ puræ pondus duplum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0567-2 DFG

Liquefacta simul ex retorta destilla. Post liquorem acidum ( qui seorsim servetur) transit oleum crassum collo retortæ adhærens, quod leni calore admoto fusum cum nova quantitate arenæ semel ac iterum destilletur.

VIRTUS : Summe emolliens.

USUS : Fissura papillarum aut cutis; erythema ex gelu aut igne; contractura.

OLEUM SEMINIS HYOSCIAMI NIGRI.

VIRTUS : Sedativo-emolliens.

USUS idem ac sequentis.

OLEUM SEMINIS LINI USITATISSIMI.

USUS : Ulcera rebellia præcipue NOLI ME TANGERE dictum. — Item ad frictiones, enemata, etc.

OLEUM OLIVARUM.
——— PALMÆ.

OLEUM SEMINIS RICINI.

VIRTUS : Leniter cathartica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0568-8 DFG

## *OLEA partim VOLATILIA partim FIXA.*

---

### OLEUM FLORUM MATRICARIA-CHAMOMILLÆ COCTUM.

Usus : Spasmi ; colica flatulenta aut spasmodica ( ventri adfricando ) ; dysuria ; varices ani dolentes.

### OLEUM BACCARUM LAURI NOBILIS EXPRESSUM.

Usus idem fere ac olei chamomillæ cocti.

### OLEUM NUCIS MYRISTICÆ MOSCHATÆ EXPRESSUM.

Usus : Cephalæa aliive dolores nervosi.

## *OLEA EMPYREUMATICA.*

---

Virtus *in genere :* Stimulans ; resolvens.

### OLEUM ANIMALE.

Usus : Debilitas localis ; paralysis ; tumores frigidi.

### OLEUM PETROLEI.

Usus : Tumores atonici ; ecchymoma ; distorsio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0569-6

OLEUM PYRO-TARTAROSUM.

Syn. *Oleum Tartari fœtidum.*

℞. Tartari vulgo venalis quantum opus,
Ut retorta terrea ad duas tertias eo repleatur.

Recipiente amplo adaptato leni igne destilla, donec nubeculæ albæ prodire incipiant. Tunc mutato excipulo et juncturis luto probe munitis summo ignis gradu urgeatur destillatio. Oleum cum acido junctum sic in excipulo obtentum ab eodem, ope vitri separatorii, separetur et seorsim denuo cum aqua destilletur.

Usus: Tumores atonici; glandulæ tumidæ et induratæ; tophi; ligamentorum et tendinum contractura.

## *OLEA ANIMALIUM FIXA CONCRETA.*

Virtus eadem ac oleorum fixorum.

ADEPS SUILLA s. AXUNGIA PORCINA.

BUTYRUM.

SEVUM OVILLUM.

ADIPO-CERA PHYSETERUM,

Vulgo *Spermaceti.*

Usus *pro emplastris et unguentis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0570-7 DFG

### CERA FLAVA ET ALBA.

Usus idem ac priorum. — Item *forma enematis*: Dysenteria; fluxus hæmorrhoidum immodicus.

---

## SAPONES.

Virtus *in genere*: Stimulans, resolvens.

### SAPO AMMONIACALIS.

Vide *Linimentum ammoniacæ*.

### SAPO COMMUNIS.

### SAPO TEREBINTHINATUS.

Syn. *Sapo Starkeyanus*.

℞. Potassæ uncias decem.

Olei volatilis Terebinthinæ Pinus-Laricis uncias octo.

Calefacta simul terantur.

Virtus: Leniter stimulans; resolvens.

Usus: Dolores rheumatici; tumores frigidi.

---

## ALCOHOL ET ALCOHOLISATA.

### ALCOHOL.

——— CONCENTRATUM.

——— DILUTUM.

Virtus: Stimulans; cardiaca; antiseptica; sanguinem coagulans; antiphthiriaca.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0571-3 DFG

Usus *forma fotus, lotionis, gargarismatis, injectionis, etc.* : Erysipelas faciei aliarumve partium; ulcera faucium erysipelatosa, putrida, gangrænosa, atonica; caries; gangræna; ulcera cutis putrida; halitus oris fœtidus; hæmorrhagia narium; vulnera arteriarum; varices ani; hæmorrhoidum fluxus immodicus.—*Forma balnei, fotus, lotionis* : Blechropyræ; asthenia generalis aut localis.

### ALCOHOL CAMPHORATUM.

℞. Camphoræ uncias duas.
Alcoholis libram unam. Misce.

Usus : Arthrodynia aut myodynia rheumatica; debilitas localis; ulcera atonica, gangrænosa; erythema ex punctura insectorum; distorsio; ecchymoma. — Item in incipiente panaritio linteo eo madido involvendo digitum.

### ALCOHOL COCHLEARIÆ SIMPLEX.
### ——— ——— COMPOSITUM.

Usus : Gingivarum laxitas et ulcera scorbutica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0572-9 DFG

ALCOHOL MELISSÆ COMPOSITUM.
—— AROMATISATUM COLONIENSIUM.
———— ROSMARINI.
———— SERPYLLI.

Usus: Ambustura levior; partium debilitas; tumores frigidi; paralysis linguæ et faucium; angina ulcerosa, atonica; maculæ et pustulæ faciei; ecchymoma; distorsio; subluxatio.

ALCOHOL ALCALISATUM.

Syn. *Tinctura Tartari.*

℞. Carbonatis potassæ libram unam.

In crucibulo igne forti funde; dein ab igne remoto et adhuc calido probe contrito affunde

Alcoholis concentrati libras duas.

Digere per quadriduum vase probe clauso, sæpiùs agitata phiala; dein cola.

Usus idem ac sequentis.

ALCOHOL AMMONIACATUM.
———— AMMONIACATUM aromatisatum.

Syn. *Spiritus salis ammoniaci dulcis et aromaticus.*

Usus *utriusque*: Tumores frigidi; tumores

scrophulosorum et rhachiticorum; tumores lactei. — Linteo aut panno iisdem madido partem involvendo.

---

# ÆTHER ET ÆTHEREA.

---

## ÆTHER SULFURICUS.

Usus: Cephalalgia, aliive dolores rheumatici et nervosi sæpe subito levantur adplicando parti affectæ linteum eo madidum, moxque palma manus superposita illud arcte premendo per aliquot minúta ita ut aëris accessus arceatur (Ward). — Guttula una alterave gossypio excepta et mox denti carioso, vel auris meatui imposita odontalgiam et otalgiam atrocissimam sæpe levat. — Ambusturam mox initio adplicando curat.

## ÆTHER ALCOHOLISATUS.

Syn. *Liquor anodynus mineralis* Hoffmanni.

Usus idem fere ac ætheris. — *Aqua diluti cum melle*: Vulnera.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0574-0
DFG

## TINCTURÆ.

### TINCTURA ARNICÆ.

℞. Radicis Arnicæ montanæ uncias duas.
Alcoholis diluti libram unam.
Digere per octiduum, sæpius agitato vase; dein cola.

Usus *internus*: Dysenteria. - *Forma lotionis, fotus, gargarismatis*: Ulcera putrida, gangrænosa; ulcera faucium putrida (angina gangrænosa cum scarlatina).

### TINCTURA ASSÆ FŒTIDÆ.

Usus: Ulcera putrida, atonica; caries.

### TINCTURA BALSAMICA.

℞. Balsami Myroxyli Peruiferi unciam unam.
Alcoholis libram unam. Misce.
Digere per triduum et cola.

Usus: Ad vulnera et ulcera laxa exsiccanda et consolidanda.

### TINCTURA BENZOES COMPOSITA.

Usus idem fere ac præcedentis: Ulcera

atonica. — Item ad vulnera ab accessu aëris defendenda.

### TINCTURA CATECHU.

Usus: Gingivarum laxitas; ulcera scorbutica; hæmorrhagia.

### TINCTURA CINCHONÆ.

Usus: Gangræna; vulnera aut ulcera putrida.

### TINCTURA COSMETICA.

℞. Balsami concreti Styracis-Benzoin uncias sex.

——— ——— Styracis officinalis unciam unam.

Pulverisatis affunde

Alcoholis libram unam.

Digere vase clauso per quatuordecim dies; dein cola.

Usus *præcipuus* pro lotione cosmetica.

### TINCTURA EUPHORBIÆ.

Virtus: Corrosiva.

Usus *cautus*: Ad limites cariei ponendos; ulcera sordida, atonica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0576-2
DFG

## TINCTURA GINGIVALIS.

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ,
——— ——— Mimosæ cathechu pulv. ana unciam unam.
Balsami Myroxyli Peruiferi drachmam unam.
Simul tritis affunde
Alcoholis,
——— Cochleariæ officinalis, ana uncias tres.

Digere per octiduum, sæpius agitato vase; dein cola.

*Usus* : Laxitas et ulcera gingivarum vel faucium scorbutica.

## TINCTURÆ LITTÆ VESICATORIÆ.

SYN. *Tinctura Cantharidum.*

USUS *internus et externus* : Arthrodynia, aut myodynia rheumatica; debilitas partium; paralysis; enuresis juniorum habitualis; enuresis ex debilitate sphincteris vesicæ; hydarthrus. — *Forma injectionis* Drachmæ tres—quatuor ad libram unam aquæ : Sinus et fistulæ ita ut suppuratio callositatis excitetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0577-8
DFG

TINCTURA MURIATIS FERRI.

℞. Oxydi ferri rubri libram unam.

Acidi muriatici concentrati quantum satis.

Ut fiat solutio saturata, sæpius agitato vase, ita ut pars ferri in fundo maneat; dein cola et adde

Alcoholis pondus triplum.

Usus *forma fotus* : Scirrhus mammæ; carcinoma.—Item ad verrucas aliasve excrescentias.—*Internus* : Dosi guttarum decem sæpius repetendo : Dysuria ex coarctatione urethræ spasmodica. Cline.

TINCTURA MYRRHÆ.

Usus : Ulcera atonica, putrida; caries.

TINCTURA ODONTALGIA, Ph. Dan.

℞. Rasuræ ligni Guajaci officinalis,

Corticis Laurus-Sassafras pulv. ana unciam unam.

Radicis Anthemis-Pyrethri drachmas sex.

Foliorum Nicotiana-Tabaci drachmas tre .

Herbæ Thymus-Serpylli,
——— Origani vulgaris, ana drachmas duas.
Camphoræ drachmam semis.
Opii scrupulum unum.
Concisis et contusis affunde
Alcoholis libras duas.

Digere per octiduum, sæpius agitato vase; dein cola.

Usus: Odontalgia cariosa aut rheumatica. (Gossypio exceptam denti carioso imponendo; vel leniter calefactam simpliciter instar collutorii adhibendo) — Paralysis linguæ.

### TINCTURA SEDATIVA.

℞. Opii unciam unam.
Alcoholis diluti libram unam.

Digere per octiduum, sæpius agitato vase; dein cola.

Usus: Ulcera syphilitica rebellia; herpes; serpigo; dolores spasmodici in variis corporis partibus; odontalgia; otalgia; ophthalmia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0579-2 DFG

## TINCTURA TURIONUM PINUS-ABIETIS.

℞. Extracti Turionum Pinus-Abietis uncias duas.
Alcoholis Cochleariæ officinalis uncias decem.
Misce ut fiat solutio.

Usus: Scorbutus; hæmorrhœa gingivarum, aliave vitia oris scorbutica.

## TINCTURA VULNERARIA COMPOSITA.

℞. Tincturæ Cinchonæ officinalis,
——— Myrrhæ, ana unciam unam.
Misce.
Interdum cum successu additur,
Olei volatilis Terebinthinæ Pinus-Laricis uncia semis.
Digere leni calore.

Usus: Vulnera tendinum aut nervorum; vulnera aut ulcera sordida, cariosa.

## TINCTURA VULNERARIA SIMPLEX.

Syn. *Tinctura Mastiches.*

℞. Resinæ Pistacia-Lentisci (vulgo *Mastiche* dicti) unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0580-3
DFG

Alcoholis diluti libram unam.

Digere leni calore per triduum, sæpius agitato vase; dein cola.

Usus : Vulnera membranarum, tendinum aut ligamentorum, sedata inflammatione; denudatio et vulnera ossium.

---

## ACETA.

### ACETUM AROMATICUM.

Usus *præcipuus* : Pro odoratu aut lotione ad effluvia aëris putrida et contagiosa corrigenda; syncope.

### ACETUM CAMPHORATUM.

℞. Camphoræ unciam unam.
Alcoholis quantum satis.
Ut fiat solutio, cui adde terendo,
Aceti vini uncias decem.

Usus : Emphysema putridum; gangræna; ulcera faucium putrida, atonica.

### ACETUM COCHLEARIA-ARMORACIÆ.

℞. Radicis Cochlearia-Armoraciæ recentis rasæ unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0581-9 DFG

Aceti vini libram unam.

Macera per octiduum ; dein cola.

Usus præcipue *cosmeticus* ad lentigines faciei ; Ulcera oris scorbutica.

ACETUM VINI vel CEREVISIÆ.

Est acidum aceticum dilutum vulgo venale prostans.

Usus *forma lotionis* : Totius corporis ad pestem arcendam. — Item *pro odoratu*, *lotione*, *fotu*, *etc.* : Ad effluvia putrida et contagiosa corrigenda ; ulcera putrida ; contusura ; distorsio, cephalalgia ; syncope.

ACETUM SCILLITICUM.

Usus *forma gargarismatis* : Tonsillitis aut cophosis pituitosa.

---

## LIQUORES.

LIQUOR ALEXITERIUS ACETATUS (GUYTON-MORVEAU).

℞. Sulfatis potassæ drachmam unam.
Acidi acetici unciam semis.
Immitte in phialam unciæ unius capacem.

LIQUOR ALEXITERIUS OXYGENATUS s. *Acidum muriaticum oxygenatum extemporaneum* ( Guyton-Morveau ).

℞. Oxydi manganesii nigri pulv. drachmam unam.

Immitte in phialam vitream quæ contineat circiter uncias duas, eique affunde

Acidi nitro-muriatici (vulgo *Aqua regia* dicti) quantum opus.

Ut phiala ad duas tertias circiter repleatur.

Agita liquorem singula vice, quando opus habes.

LIQUOR ALEXITERIUS OXYGENATUS (Chenevix).

℞. Muriatis calcis oxygenati quantum placet.

Usus horum trium liquorum egregius est pro odoratu ad corrigenda effluvia putrida et contagiosa.

Vide etiam infra *Solutiones Alexiterias varias.*

LIQUOR AD APHTHAS.

℞. Boracis pulv. drachmas duas.

Tincturæ Myrrhæ,
Aquæ destillatæ, ana unciam unam.
Mellis rosacei uncias duas. Misce.

Usus : Portio hujus mediante penicillo aut linteo adplicetur aphthæ fricando ter quaterve de die.

### LIQUOR AURICULARIS.

℞. Bilis Taurinæ drachmas tres.
Balsami Myroxyli Peruiferi drachmam unam.
Misce.

Usus : Fluxus materiæ fœtidæ ex meatu auditorio. — Instillando guttam unam alteramve bis die (Hugh Smith).

### LIQUOR AD CONDYLOMATA (Plenck).

℞. Acidi acetici,
Alcoholis, ana unciam semis.
Muriatis hydrargyri oxygenati drachmam unam.
Aluminis,
Camphoræ, ana drachmam semis.
Misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0584-6

*Vel pro re nata melius :*

℞. Muriatis hydrárgyri,
Aluminis, ana uncias duas.
Camphoræ drachmas duas.
Acidi acetici,
Alcoholis, ana libras duas. Misce.

Usus : Condylomata, verrucæ, et rhagades. Penicillo hoc liquore madido semel vel bis die leniter adfricando.

### LIQUOR AD DYSECŒAM primus.

℞. Olei Terebinthinæ guttas quadraginta,
Olei Amygdalarum unciam semis.
Misce.

Usus : Dysecœa ex secretione ceruminis impedita. — Instillando quotidie guttulas aliquot meatui auditorio, prævie probe mundato.

### LIQUOR AD DYSECŒAM secundus.

℞. Muriatis sodæ drachmam unam.
Aquæ destillatæ quantum satis.
Ut fiat solutio saturata.

Usus : Dysecœa ex cerumine indurato. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0585-2

Portio hujus liquoris meatui auditorio instilletur, ibique per aliquot minuta retineatur, perfricando leniter aurem externam; dein auris aqua tepida eluatur; idque bis die repetitur.

### LIQUOR AD ODONTALGIAM.

℞. Resinæ Pistacia-Lentisci quantum placet.
Olei Terebinthinæ quantum satis.
Ut fiat solutio.

Usus: Portio gossypio excepta denti dolenti imponitur.

### LIQUOR AD PERNIONES.

℞. Acetatis plumbi liquidi partem unam.
Alcoholis Rosmarini officinalis partes quatuor. Misce.

Usus: Linteum hoc liquore madidum applicetur parti affectæ omni nocte.

### LIQUOR AD ULCERA ORIS.

℞. Oxymellis cuprati unciam semis.
Tincturæ Myrrhæ unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0586-8 DFG

*Vel:*

℞. Sulfatis cupri grana duo.
Aquæ destillatæ uncias quatuor. Misce.

*Vel:*

℞. Nitratis argenti fusi granum unum—duo.
Aquæ destillatæ uncias sex. Misce.

Usus: Portio penicillo applicetur semel vel bis die, cavendo ne pars deglutiatur.

## SOLUTIONES.

### SOLUTIO AD VAPORISATIONEM ALEXITERIA (GUYTON-MORVEAU).

℞. Muriatis sodæ pulv. libras sex.
Immitte in vas vitreum vel terreum amplum, et adde
Acidi sulfurici concentrati libras duas.
Pone super cineres calidos ut fiat evaporatio.

*Vel melius:*

℞. Muriatis sodæ pulv. libras quinque.
Immitte in vas terreum aut crucibulum Hessiacum amplum et affunde gradatim
Acidi sulfurici concentrati libras quatuor.
Portando vas de loco uno in alterum

### SOLUTIO CUPRI CAMPHORATA.

Syn. *Aqua camphorata Bateana.*

℞. Sulfatis cupri unciam semis.
Camphoræ drachmas duas.
Aquæ fervidæ libras quatuor.
Misce et refrigerata cola.

Usus *aqua dilutæ pro lotione, injectione aut collyrio.*

### SOLUTIO MURIATIS CUPRI AMMONIACALIS.

Syn. *Aqua saphirina; aqua cœlestis; aqua ophthalmica cœrulea.*

℞. Oxydi cupri viridis grana quinque.
Muriatis ammoniacæ drachmam unam.
Aquæ calcis libram unam.
Misce et facta præcipitatione cola.

Usus: Ulcera rebellia; ophthalmia glandularum palpebræ; maculæ corneæ.

### SOLUTIO MURIATIS HYDRARGYRI OXYGENATI.

Syn. *Liquor Swietenii.*

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati grana duodecim.

*NB.* Proportio ingredientium mox dicta sufficit ad lustrandum cubile quod lectos ægrorum decem continet. — Hæc vaporisatio pro re nata bis terve de die repetenda est.

## SOLUTIO ARSENICATA.

℞. Oxydi arsenici albi subtilissime pulv.,
Carbonatis potassæ, ana grana sedecim.
Aquæ destillatæ uncias quatuor.
Mixta digere balneo arenæ ut fiat solutio.

USUS: Ulcera carcinomatosa. — Miscendo drachmam unam cum aquæ libra una et micæ panis quantum satis.

## SOLUTIO CUPRI AMMONIACALIS.

℞. Oxydi cupri viridis grana viginti quatuor.
Carbonatis ammoniacæ liquidi unciam unam.
Misce, ut fiat solutio, cui adde
Aquæ destillatæ uncias septem.

USUS *pro injectione, lotione vel linimento cupratis.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0589-8

### SOLUTIO CUPRI CAMPHORATA.

SYN. *Aqua camphorata Bateana.*

℞. Sulfatis cupri unciam semis.
Camphoræ drachmas duas.
Aquæ fervidæ libras quatuor.
Misce et refrigerata cola.

USUS *aqua dilutæ pro lotione, injectione aut collyrio.*

### SOLUTIO MURIATIS CUPRI AMMONIACALIS.

SYN. *Aqua saphirina; aqua cælestis; aqua ophthalmica cærulea.*

℞. Oxydi cupri viridis grana quinque.
Muriatis ammoniacæ drachmam unam.
Aquæ calcis libram unam.
Misce et facta præcipitatione cola.

USUS: Ulcera rebellia; ophthalmia glandularum palpebræ; maculæ corneæ.

### SOLUTIO MURIATIS HYDRARGYRI OXYGENATI.

SYN. *Liquor Swietenii.*

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati grana duodecim.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0590-2 DFG

Alcoholis diluti libras duas.

Misce, ut fiat solutio.

Usus : Syphilis. — Uncia semis continet quartam grani partem.

*NB.* Ut plurimum cito symptomata morbi fugat, sed ad morbum radicaliter curandum non raro fallit et in irritabili corporis habitu sæpe multum nocet.

### SOLUTIO MURIATIS POTASSÆ OXYGENATI.

℞. Muriatis potassæ oxygenati drachmam unam.

Aquæ destillatæ uncias duodecim. Misce.

Usus : Ulcera atonica, herpetica. — Portio penicillo aut linteo carpto excepta applicetur semel vel bis die.

### SOLUTIO NITRATIS ARGENTI.

℞. Nitratis argenti fusi scrupulum unum.

Aquæ destillatæ unciam semis.

Usus *eximius :* Ulcera lardacea aliave rebellia. — Linteo hac solutione madido marginem ulceris tangendo. — *Aquæ libris tribus dilutæ :* Ulcera oris; Blennorrhœa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0591-8

## SOLUTIO SEDATIVA.

℞. Extracti opii drachmas duas—quatuor.
Aquæ fervidæ libram unam.
Misce terendo.

Usus: Ulcera aliave cutis vitia pruriginosa, irritabilia, syphilitica rebellia. — Applicando linteum carptum hac solutione madidum ter quaterve de die.

## SOLUTIO STYPTICA.

Syn. *Aqua styptica; aqua cupri vitriolati composita* Ph. E.

℞. Sulfatis cupri,
Aluminis, ana uncias tres.
Aquæ destillatæ fervidæ libras duas.
Misce, ut fiat solutio; dein cola et adde
Acidi sulfurici unciam unam semis.

Usus: Hæmorrhagiæ; hæmorrhœæ; blennorrhœæ.

## SOLUTIO ZINCI ALUMINOSA.

Syn. *Aqua aluminosa Bateana.*

℞. Sulfatis zinci,
Aluminis, ana unciam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0592-4
DFG

Aquæ fervidæ libras duas.

Misce, ut fiat solutio; dein cola.

Usus *varia forma:* Vulnera aut ulcera immunda; vitia cutis; ophthalmia; blennorrhœæ.

---

## AQUÆ.

### AQUA CALCIS.

Usus *egregius:* Ad exsiccanda ulcera, præsertim scorbutica regionum septentrionalium. — *Forma injectionis:* Ad fistulas. — *Prophylacticus forma lotionis vel injectionis:* Infectio syphilitica, herpetica.

### AQUA CALCIS CINCHONATA.

Est infusum corticis cinchonæ officinalis unciæ unius in libra una aquæ calcis.

Usus *internus et externus:* Ulcera crurum; vitia scrophulosa; aphthæ aliive morbi ex acido ventriculi.

### AQUA CAMPHORATA.

℞. Camphoræ drachmam unam.

Alcoholis quantum opus.

Ut fiat solutio, cui affunde,
Aquæ fervidæ libras duas.
Probe simul agita; dein refrigerata cola.

Usus pro injectionibus.

AQUA MARINA.

AQUA MARINA ARTEFACTA.

Usus frigidæ aut calidæ *forma balnei, fotus, lotionis:* Morbi cutis; tumores et ulcera scrophulosa; debilitas musculorum, ligamentorum.

AQUA ROSÆ.

Usus pro collyriis et lotionibus variis.

AQUA SALVIÆ.

Usus pro collutoriis.

---

## DECOCTA ET INFUSA.

### DECOCTUM ADSTRINGENS.

Usus *forma enematis vel lotionis:* Diarrhœa rebellis; prolapsus. — *Forma injectionis:* Blennorrhœæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0594-5 DFG

## DECOCTUM FLORUM ARNICÆ.

Usus *internus :* Iſchuria paralytica ; ecchymoma aliave incommoda ex lapſu aut contuſura.

## DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ.

## INFUSUM CORTICIS CINCHONÆ.

Usus *internus et externus :* Suppuratio ulcerum aut vulnerum profuſa ; atonia generalis aut localis ; ulcera putrida , gangrænoſa.

## DECOCTUM DRUPÆ IMMATURÆ JUGLANDIS REGIÆ.

Usus *internus et externus :* Vitia cutis varia.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ.

## —— SARSAPARILLÆ COMPOSITUM.

Usus : Vitia ſyphilitica varia.

## DECOCTUM FOLIORUM NICOTIANA-TABACI.

℞. Foliorum Nicotiana-Tabaci ſiccatorum drachmas duas—quatuor.

Aquæ fervidæ libram unam.

Bulliant per aliquot minuta; dein digere calide per horam et cola.

Usus *forma enematis*: Ileus; obstipatio rebellis; ascarides recti.

*NB.* Forma lotionis in tinea laudatur a Justamond, sed in iis casibus ubi illud capiti applicui, nauseam et vomitum molestum causavit et tineam non sustulit.

## DECOCTUM VERATRI ALBI.

Usus: Morbi cutis. Vide *Lotiones*.

---

# MUCILAGINES.

---

MUCILAGO GUMMI ASTRAGALUS-TRAGACANTHÆ, aliarumque Astragali specierum.

MUCILAGO GUMMI MIMOSÆ NILOTICÆ vel SENEGAL.

Vulgo *Gummi Arabicum*.

MUCILAGO Radicis ALTHÆÆ officinalis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0596-7 DFG

MUCILAGO seminis LINI USITATISSIMI.
——— — PLANTAGO-PSYLLII.
——— — PYRUS-CYDONIÆ.

Virtus : Involvens ; emolliens.

### MUCILAGO CAMPHORATA.

℞. Camphoræ unciam unam.
Mucilaginis cujusvis libram semis.

Usus : Ulcera putrida et gangrænosa ; ulcuscula cutis dolentia ; verruca faciei mali moris , dolens.

---

## GELATINÆ.

GELATINA AMYLI.
——— ANIMALIS.
——— ICHTHYOCOLLÆ.

Usus *præcipuùs forma enematis:* Dysenteria ; irritatio recti , vesicæ partiumque adjacentium a causa quacunque. — Item ad nutriendum corpus in dysphagia.

*NB.* Gelatina animalis nuper ab Arm. Seguin ad curandas dialeipyras eximium remedium inventum fuit. *Vide* pag. 459.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0597-3

## SUCCI.

SUCCUS Foliorum RUMEX-ACETOSÆ.
——— ——— OXALIS-ACETOSELLÆ.

Usus *forma cataplasmatis* : Ulcera scrophulosa.

SUCCUS FRUCTUS CITRI MEDICÆ.

Usus : Vitia scorbutica.

SUCCUS Herbæ COCHLEARIÆ officinalis.
——— ——— SISYMBRIUM-NASTURTII.

Usus : Vitia scorbutica.

## EXTRACTA.

EXTRACTUM ACONITUM-NAPELLI.

Usus *internus* : Arthrodynia rheumatica vel podagrica.

EXTRACTUM BILIS TAURINÆ.

Usus *aqua diluti* : Maculæ corneæ; pterygium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0598-9

## EXTRACTUM CONII MACULATI.

Usus *aqua soluti*: Ulcera carcinomatosa. — *Internus*: Scirrhus prostatæ, mammæ etc.

## EXTRACTUM DRUPÆ JUGLANDIS REGIÆ.

℞. Drupæ Juglandis regiæ immaturæ (vulgo *Nuces Juglandis virides* dictæ) versus solsticium æstivum collectæ quantum placet.

In mortario lapideo cum pauxillo aquæ in pulpam contunde; dein succum prelo expressum in balneo aquæ, spatula continue agitando, ad mellis consistentiam evapora.

Usus: Ulcera oris ex hydrargyro; morbi cutis.

## EXTRACTUM HYOSCIAMI NIGRI.
## ——————— OPII.

Usus *utriusque varia forma*: Dolores spasmodici, et morbi externi varii cum irritabilitate morbosa juncti.

## EXTRACTUM TURIONUM PINI.

Usus: Ulcera, aliave vitia scorbutica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0599-7 DFG

## PULVERES.

### PULVIS ANTISEPTICUS COMPOSITUS.

℞. Pulv. Radicis Arnicæ montanæ,
—— Corticis Cinchonæ officinalis,
Camphoræ alcohole irroratæ et contritæ, ana partes æquales.
Simul pulverisata misce.

Usus: Ulcera putrida, gangrænosa rebellia.

### PULVIS ARNICÆ.

℞. Radicis Arnicæ montanæ sero automno vel hyeme collectæ, dein siccatæ et pulv. quantum placet.

Virtus eximia antiseptica.

Usus: Ulcera putrida, gangrænosa aliave rebellia.

### PULVIS ARSENICALIS (Justamond.)

℞. Sulfureti stibii nigri unciam unam.
Oxydi arsenici albi unciam semis.

Mixta igni expone in crucibulo ut fluat massa; dein refrigerata teratur in pulverem. Quandoque cum successu additur:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0600-3
DFG

Extracti opii drachma una—tres.

Usus *inspergendo* : Carcinoma ; excrescentiæ ; ulcera fungosa, rebellia.

### PULVIS BELLADONÆ.

℞. Foliorum Atropa-Belladonæ in umbra siccatorum et pulv. quantum placet.

Usus *inspergendo* : Carcinoma.

### PULVIS CARBONUM.

Virtus eximia antiseptica.

Usus : Halitus oris fœtidus ; ulcera oris, faucium, *aliarumve* partium fœtida, putrida, gangrænosa et carcinomatosa.

### PULVIS ad CARCINOMA (Cosme v. Bernard)

℞. Sulfureti hydrargyri rubri drachmas duas.

Cinerum e soleis calceorum antiquis combustis grana octo.

Resinæ Dracæna - Draconis grana duodecim.

Oxydi arsenici albi scrupulos duos.

Misce fiat pulvis tenuissimus, cujus portio pauxillo aquæ mixta penicillo parti ulceratæ applicetur, quæ dein tegatur linteo carpto.

Usus : Ulcus carcinomatosum, præcipue nasi vel faciei. — Eschara post triduum aut quadriduum decidens ut plurimum ulcus bonum relinquit.

### PULVIS AD CARCINOMA (PLUNCQUET).

℞. Ranunculus-flammulæ unciam unam.
Anthemis-Cotulæ unciam semis.
Sulphuris purificati drachmam unam.
Oxydi arsenici albi drachmas duas.

Misce ut fiat pulvis subtilissimus, cujus portio albumine ovi trita parti affectæ applicetur, post 48 horas auſerendo escharam.

### PULVIS CINCHONÆ.

℞. Pulv. Corticis Cinchonæ officinalis quantum placet.

Usus : Ulcera putrida, gangrænosa, aliave rebellia.

### PULVIS RADICIS COLUMBO.

Usus *leviter inspergendo* : Ulcera rebellia (HOME).

### PULVIS CORALLIORUM RUBRORUM.

Usus dentifricius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0602-5
DFG

### PULVIS E CUPRO.

℞. Oxydi cupri viridis pulv. quantum placet.

### PULVIS E CUPRO COMPOSITUS.

℞. Oxydi cupri viridis,
Muriatis hydrargyri, ana drachmam unam. Misce.

Usus: Ulcera genitalium, aliarumve partium rebellia.

### PULVIS DENTIFRICIUS.

℞. Pulv. corticis Cinchonæ officinalis drachmas duas.
— Coralliorum rubrorum drachmam unam.
Gummi-resinæ Myrrhæ,
Tartritis potassæ aciduli, ana drachmam semis. Misce.

### PULVIS ERRHINUS.

℞. Foliorum Asari Europæi,
——— Origanum-Majoranæ,
——— Teucrium-Mari,
Florum Lavandula-Spicæ, ana partes æquales.
Pulverisita misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0603-1 DFG

Usus : Otalgia; dysecœa; dolor faciei; cephalæa rheumatica vel nervosa; secretio muci narium impedita; morbi quidam oculorum.

*Vel :*

℞. Sulfatis hydrargyri lutei cum excessu oxydi granum unum.

Radicis Glycyrrhizæ glabræ pulv. grana octo. Misce.

Usus : Amaurosis. Quarta pars hujus pulveris attrahatur naribus semel vel bis de die. (Ware).

### PULVIS ESCHAROTICUS.

℞. Aluminis fusi unciam unam.

Oxydi hydrargyri rubri unciam semis. Misce.

Usus : Caro luxurians aut fungosa ulcerum vel vulnerum.

### PULVIS AD EXCRESSENTIAS.

℞. Foliorum Juniperus-*Sabinæ*,

Oxydi cupri viridis (vel oxydi ferri rubri) ana partes æquales.

Misce probe terendo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0604-6 DFG

## PULVIS AD ALBUGINEM.

℞. Vitri subtilissime pulv. quantum placet.
*Vel :*
℞. Muriatis hydrargyri præcipitatione parati quantum placet.

Usus : Portio infletur oculo semel aut bis die.

## PULVIS E PLUMBO.

Syn. *Trohisci Rhazis ; pulvis è Cerussa compositus.*

℞. Oxydi plumbi albi acido acetico parati drachmas quinque.
Gummi Mimosæ Niloticæ (vel Tragacanthæ) drachmas tres. Misce terendo.

Usus *pro lotione, injectione, collyrio :* Vitia cutis ; pruritus ; inflammationes locales.

## PULVIS E PLUMBO COMPOSITUS.

℞. Oxydi plumbi albi unciam unam.
Corticis Quercus-Roboris libram unam.
Subtilissime separatim pulverisata.
Misce.

Usus *inspergendo* ad ulcera scrophulosa.

## PULVIS AD PROLAPSUM.

℞. Florum Punica-granati pulv.,

Aluminæ pauxillo oxydi ferri rubri mixtæ ( vulgo *Boli Armenæ* ), ana partes æquales.

Usus *inspergendo* parti prolapsæ, antequam reponatur.

## PULVIS QUASSIÆ.

℞. Ligni Quassiæ amaræ pulv. quantum placet.

Usus *leviter inspergendo* : Ulcera rebellia.

## PULVIS RHEI.

℞. Radicis Rhei palmati pulv. quantum placet.

Usus *leviter inspergendo* : Ulcera rebellia (Home). — *NB.* Si simul valde irritabilia sunt, additur octava pars opii.

## PULVIS SACCHARI.

Usus *inspergendo* : Ulcera.

## PULVIS STIBIATUS.

℞. Phosphatis calcis stibiati grana sex—octo.

*Vel :*

℞. Phosphatis calcis grana triginta duo.
Tartritis potassæ stibiati granum unum.
Misce. Divide in doses quatuor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0606-8 DFG

Usus *internus*: Dysuria urethralis chronica ex transpiratione impedita aut suppressa, sumendo pulverem unum omni nocte.

## PULVIS STYPTICUS.

℞. Aluminis,
Gummi-resinæ Kino, ana partes æquales.

## PULVIS E SULPHURE.

Usus *internus vel externus forma frictionum per se; vel cum saliva aut axungia mixti*: Psora; vitia oris ex hydrargyro; dolores artuum ex hydrargyro.

## PULVIS AD ULCERA CRURUM.

℞. Radicis Convolvulus-Jalappæ drachmam unam.
Nitratis potassæ drachmas tres. - Misce.

Usus *internus*: Tumores crurum et ulcera inflammata præcipue lotricum. — Dosi drachmæ semis bis die.

## PULVIS AD ULCERA TENDINUM.

℞. Resinæ Pistacia-Lentisci,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0607-4 DFG

Gummi-Resinæ Myrrhæ, ana partes æquales.

Usus *inspergendo:* Ossa cariosa, et tendines aut ligamenta denudata et ulcerata.

### HERBÆ AROMATICÆ.

℞. Florum Lavandula-Spicæ,
——— Arnicæ montanæ,
Herbæ Origanum-Majoranæ,
——— Thymus-Serpylli,
——— Rosmarini officinalis, ana unciam unam.

Grossiuscule concisa misce et usui serva.

Usus pro embrocatione, fotu aut cataplasmate discutiente.

### HERBÆ EMOLLIENTES.

℞. Herbæ Malvæ rotundifoliæ,
Foliorum Verbascum-Thapsi,
Radicis Symphyti officinalis,
——— Althææ officinalis, ana partes æquales.

Concisa misce et usui serva.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0608-9
DFG

# SPONGIÆ, ALIARUMVE SUBSTANTIARUM PRÆPARATIO.

## SPONGIA PRÆPARATA.

Hæc substantia est Nidus mollis elasticus Zoophyti, Stirps officinalis dicti.

Spongia exsiccata et ab heterogeneis adhærentibus probe purgata eximii usus est per se ad lavanda vulnera post operationes chirurgicas et ad mundanda ulcera; nec non ad ulcera aut abscessus profuse suppurantes, illam superponendo linteo carpto.—Ad hæmorrhagias sistendas applicando frequenter spongiam aqua frigida vel aceto madidam.—Ad prolapsum uteri forma pessarii.—In paralysi sphincteris ani vel vesicæ ad urinam excipiendam vel effluxum fæcum impediendam. Servit etiam ad fotus frigidos vel calidos applicandos, ad collyria oculo applicanda etc.

Humectata dein filo arcte circumdata et sic *per se* siccata; aut ceræ flavæ calidæ

liquefactæ immersa, dein fortiter expressa et sub prelo frigefacta, postea in portiones variæ magnitudinis et formæ concisa egregii usus est pro *Turundis*, quæ vulnerum, ulcerum aut fistularum orificiis angustis immissæ eadem intumescendo dilatant, et sic puri exitum liberum creant.

## BOLETUS LARICINUS.

## ——— IGNIARIUS.

Hi Boleti a cortice externo albo et duro, nec non a substancia fistulosa probe separentur; dein discissi ictibus mallei repetitis contundantur, donec adeo mollescant, ut in portiones minores discindi possint.

Usus : Hæmorrhagiæ ex arteria aut vena majori vulnerata.

## LYCOPERDON BOVISTA.

Parenchyma molle spongiosum ac pulverulentum quod sub cute externa est, separetur et usui servetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0610-9 DFG

Usus *inspergendo*: Hæmorrhagia; hæmorrhois; ulcera; intertrigo.

---

## MOXA.

In oriente paratur ex foliis Artemisiæ vulgaris probe in umbra siccatis, quæ dein contusa manibus tamdiu perfricantur, donec species lanæ formetur, quæ addito pauxillo moschi, aut alius substanciæ odoriferæ in conos efformatur. In Europa hodie ut plurimum ex gossypio conficitur, quod solutioni nitratis potassæ saturatæ immersum, dein exsiccatum in cylindros quatuor pollicum longos et unius pollicis diametri formatur. Cylinder talis in tubum ex charta crassiori confectum immittitur, et parti affectæ applicatus accenditur, et durante combustione sic facile digitis applicata tenetur. Postquam gossypium ad ultimam portionem usque consumptum fuerit, pars usta unguento digestivo tegitur.

Usus in omnibus morbis ubi ferrum candens seu cauterisatio utilis inventa fuit, præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0611-5 DFG

cipue in doloribus fixis chronicis violentis rheumaticis aliisve variarum corporis partium. — Nuper etiam cum successu in aphonia nervo recurrenti in collo moxam applicavit Dubois.

FINIS PRIMÆ SECTIONIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0612-0 DFG

# PHARMACOPŒIÆ CHIRURGICÆ,

## SECTIO SECUNDA,

SISTENS

## MEDICAMENTA COMPOSITA.

## COLLYRIA.

### COLLYRIUM ALUMINOSUM.

℞. Aluminis scrupulum unum.
Aquæ Rosæ uncias sex. Misce.

Usus *præcipuus*: Ophthalmia humida aut purulenta (præmissis præmittendis). — Lintea duplicata plura hoc liquore madida oculo superponendo.

### COLLYRIUM EX ACETATÆ AMMONIACÆ.

℞. Acetatis ammoniacæ,
Aquæ rosæ, ana uncias duas. Misce.
Quandoque adduntur :

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0613-6
DFG

Vel Aquæ Camphoratæ unciæ duæ.
Vel Acetatis plumbi grana quatuor.
Vel Tincturæ Sedativæ guttæ quadraginta.

Usus *egregius* : Ophthalmia dolorifica et irritabilis (præmissis præmittendis). — Guttulas aliquot instillando inter palpebras et dein superponendo lintea tria aut quatuor hoc liquore madida oculo, quæ spongia eodem liquore madida sæpe humectentur; vel si spongia ad manus non est, auferantur simpliciter lintea exteriora eademque humectata denuo superponantur, absque quod oculus luci exponatur.

### COLLYRIUM AD ULCUSCULA CORNEÆ (GIMBERNAT).

℞. Aquæ destillatæ unciam unam.
Potassæ guttam unam. Misce.

Usus : Maculæ et ulcuscula corneæ.— Oculo omni nocte instillentur guttulæ aliquot et post quadrantem horæ oculus lavetur lotione mucilaginosa. Hac quantitate collyrii absumpta augeatur. Potassa gradatim ad guttas tres, quæ ut plurimum dosis maxima

est quam oculus sine irritatione ferre potest. Sic ulcuscula corneæ ad alia omnia remedia rebellia et cum sensu, quasi granum sabuli oculo inesset, juncta pluries feliciter curata vidi. *NB.* Maculæ tales corneæ microscopio examinatæ ulcerationem corneæ evidentem ostendunt.

### COLLYRIUM CUPRATUM.

℞. Sulfatis cupri grana duo.
Aquæ camphoratæ uncias quatuor. Misce.

Usus *præcipuus :* Ophthalmia infantum purulenta. (Ware).

### COLLYRIUM EX MURIATE HYDRARGYRI OXYGENATO.

℞ Muriatis hydrargyri oxygenati granum semis—unum.
Aquæ destillatæ uncias quatuor. Misce.

### COLLYRIUM PLUMBATUM.

℞. Acetatis plumbi liquidi guttas octo.
Aquæ Rosæ uncias quatuor. Misce.
Quandoque adduntur.
Alcoholis camphorati guttæ duodecim—viginti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0615-8

### COLLYRIUM SEDATIVUM.

Vide *Solutio Sedativa* vel *fotus Sedativus*.

### COLLYRIUM ZINCI.

℞. Sulfatis zinci scrupulum unum.
Aquæ Rosæ uncias duas—quatuor. Misce.

### COLLYRIUM E ZINCO compositum.

℞. Sulfatis zinci grana octo.
Acetatis plumbi liquidi guttas octo.
Aquæ Rosæ uncias quatuor. Misce.
Quandoque additur:
Aquæ camphoratæ uncia una.

---

## COLLUTORIA.

### COLLUTORIUM ALUMINOSUM.

℞. Aluminis unciam semis.
Aquæ libram unam. Misce.
Quandoque cum successu adduntur:
Alcoholis unciæ quatuor. Misce.

Usus eximius forma injectionis, collutorii vel gargarismatis: Ulcera faucium putrida (E. Darwin); relaxatio uvulæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0616-4 DFG

## COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM.

℞. Infusi Rutæ graveolentis (vel Salviæ officinalis) libram unam.
Alcoholis Cochleariæ libram semis.
Misce.
Quandoque additur:
Aluminis drachma una.

Usus: Laxitas et ulcera gingivarum scorbutica.

## COLLUTORIUM ANTISEPTICUM.

℞. Alcoholis diluti quantum placet.

Usus: Halitus oris fœtidus; ulcera oris et faucium atonica, putrida, gangrænosa aut scorbutica; caries dentium.

## COLLUTORIUM AD APHTHAS.

℞. Extracti drupæ immaturæ Juglandis regiæ unciam semis.
Aquæ ſervidæ libram unam.
Terendo misce; dein adde
Boracis drachmas duas—tres.
Alcoholis unciam unam—duas.
Mellis unciam unam.

Usus: Aphthæ oris et linguæ ex acido

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0617-9 DFG

ventriculi; ulcera oris et faucium ex usu hydrargyri.

### COLLUTORIUM HUMECTANS.

℞. Infusi seminis Lini libram unam.
Sacchari albi unciam unam.
Succi fructus Citrus-Aurantii (vel Roob Mororum) unciam semis. Misce.

Usus: Tonsillitis suppurans. — Os et fauces eodem frequenter humectando.

### COLLUTORIUM SIALAGOGUM.

℞. Radicis Anthemis-Pyrethri pulv. unciam unam.
Aquæ fervidæ libram unam.
Digere per horam; dein cola et adde
Acidi acetici uncias tres.
Muriatis ammoniacæ drachmas tres.
Quandoque, loco aceti, additur:
Extracti opii drachma una.

Usus: Odontalgia et otalgia aut cephalalgia rheumatica; paralysis linguæ et faucium; tumor glandularum salivalium; tonsillitis pituitosa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0618-5
DFG

# GARGARISMATA.

## GARGARISMA AMMONIACALE.

℞. Decocti Hordei (vel Althææ) libram unam.

Carbonatis ammoniacæ unciam semis-unam. Misce.

*NB.* Si magis stimulans requiritur, loco decocti hordei, adhibetur aqua quædam aromatica aut infusum seminis Sinapis.

Usus egregius sialagogus: Tonsillitis inflammatoria (initio morbi); Tonsillis pituitosa; otalgia, cephalalgia aut odontalgia rheumatica. — Paralysis linguæ vel faucium.

## GARGARISMA ANTISEPTICUM.

℞. Alcoholis uncias octo.

*NB.* Ubi irritabilitas major est, aut periculum gangrænæ minus, alcohol anatica portione aquæ diluatur.

Usus: Cochleare majus propinatur ægro omni hora vel sæpius pro gargarismate aut collutorio in ore detinendo in angina

ulcerosa aut gangrænosa *maligna* dicta, præcipue cum scarlatina juncta, præmisso pro re nata emetico.—Item in gingivarum et uvulæ laxitate.

*NB.* Eidem usui egregie inservit *Tinctura* aut *Decoctum Radicis Arnicæ montanæ.*

## GARGARISMA COMMUNE.

℞. Decocti Hordei libram unam.
Oxymellis unciam unam. Misce.
Quandoque additur:
Nitratis potassæ drachma una.

Usus: Angina inflammatoria.

## GARGARISMA EMOLLIENS.

℞. Radicis Althææ officinalis unciam unam.
Fructuum Ficus-Caricæ siccatorum uncias duas.

Concisa coque in Lactis libris tribus ad colaturam libræ unius.

Usus: Tonsillitis suppurans.

## GARGARISMA E SCILLA.

℞. Aquæ Cinnamomi uncias decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0620-5 DFG

Oxymellis Scillitici unciam unam.
Misce.

Usus: Tonsillitis inflammatoria aut pituitosa.

GARGARISMA SEDATIVUM.

℞. Extracti Opii drachmam unam—duas.
Aquæ fervidæ libram unam.
Misce terendo, dein adde
Alcoholis unciam unam.

Usus: Ulcera linguæ vel faucium irritabilia, rebellia; odontalgia aut otalgia rheumatica; cephalalgia nervosa.

---

# LOTIONES.

## LOTIO ALCOHOLISATA.

℞. Aquæ calcis libram semis.
Alcoholis uncias quatuor. Misce.

Usus: Inflammatio erysipelatosa faciei aliarumve corporis partium.

## LOTIO COSMETICA.

℞. Tincturæ cosmeticæ unciam unam.
Aquæ Rosæ libras duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0621-0
DFG

Misce probe agitando.

Usus egregius et tutus cosmeticus. — Hæc lotio vix differt a cosmetico in Anglia sub nomine : *Milk of Roses*, celebri.

### LOTIO EX HYDRARGYRO.

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati (*vel* Muriatis hydrargyri ammoniacalis) grana viginti—triginta.

Aquæ destillatæ libras duas.

Misce, ut fiat solutio.

Quandoque additur :

Alcoholis Lavandulæ ( *vel* Alcoholis aromatisati Coloniensis ) uncia una—duæ.

Usus : Psora, aliave cutis vitia; ulcera syphilitica.

### LOTIO HYDRARGYRI NIGRA.

℞. Muriatis hydrargyri drachmam unam. Aquæ calcis uncias quatuor. Misce.

Usus : Hanc lotionem cum successu adhi-

buit PRINGLE in ulceribus glandis vel preputii non syphiliticis quibus præcipue senes subjecti sunt. — *Forma injectionis* ad fistulas BROMFIELD.

## LOTIO PHAGEDÆNICA.

SYN. *Aqua Phagedænica; lotio Hydrargyri lutea.*

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati grana triginta—sexaginta.
Aquæ calcis libras duas.
Misce terendo aut probe agitando.
Quandoque cum successu additur:
Alcoholis (vel Alcoholis camphorati) libra semis.

USUS: Ulcera phagedænica, scrophulosa, syphilitica aliave rebellia; condyloma.

*NB.* Hydrargyrum in hoc liquore forma pulveris lutei præcipitatur, hinc vas probe agitandum est singula via quæ eodem utimur. Si liquor limpidus supernatans decantatur, habetur lotio quæ nonnisi muriatem calcis continet, et quæ quandoque utiliter per se adhibetur, præcipue in ulceribus scrophulosis, aut phagedænicis rebellibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0623-2 DFG

## LOTIO PLUMBATA.

SYN. *Aqua saturnina; aqua vegeto-mineralis; aqua lithargyrii composita*. Ph. L. G. *Eau de* GOULARD.

℞. Acetatis plumbi liquidi drachmas duas.
Alcoholis drachmas quatuor.
Aquæ destillatæ libras duas. Misce.
Quandoque, loco alcoholis, additur:
Alcoholis camphorati uncia semis.

USUS: Varia cutis vitia et inflammationes locales; pruritus cutis; ulcera irritabilia.

## LOTIO PLUMBATA SIMPLEX.

℞. Oxydi plumbi albi unciam unam.
Aquæ destillatæ libram unam. Misce.

USUS: Ulcera scrophulosa; ulcera genitalium aliarumve partium non syphilitica.

## LOTIO PLUMBI COMPOSITA.

℞. Acetatis plumbi liquidi,
Sulfatis zinci, ana unciam semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0624-8 DFG

Muriatis hydrargyri oxygenati grana viginti.

Aquæ destillatæ libras duas.

Misce probe agitando.

Usus. Hæc compositio, cæterum incongrua, profuit in eruptione scroti et genitalium rebelli et pruriginosa.

## LOTIO SEDATIVA.

℞. Extracti Opii drachmas duas—quatuor.

Aquæ fervidæ libram unam. Misce.

*Vel:*

℞. Capsularum seminalium Papaveris somniferi contusorum libram semis.

Aquæ libras duas.

Coque ad colaturam libræ unius.

Quandoque adduntur:

Muriatis hydrargyri oxygenati grana viginti.

Vel Acetatis plumbi liquidi drachma una—tres.

Usus: Ulcera aliave cutis vitia rebellia, applicando linteum carptum hoc liquore madidum sæpius de die.

## LOTIO E STAPHISAGRIA.

℞. Seminis Delphinium-Staphisagriæ pulv. unciam semis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0625-3

Aquæ fervidæ libram unam.
Infunde per mediam horam, et adde
Alcoholis libram semis. Cola.

Usus : Morbi cutis rebelles. — Partes affectæ hoc liquore madefiant mane et vesperi. Si cutem nimis irritat, aqua diluatur.

### LOTIO E VERATRO.

℞. Radicis Veratri albi pulv. unciam semis.
Aquæ fervidæ uncias viginti—triginta.
Frigefactum liquorem cola, et adde
Tincturæ Veratri uncias quatuor.

Usus *forma lotionis* mane et vesperi applicandæ : Serpigo senum pruriens; tinea; psora.

*NB*. Quandoque simul granum unum ejusdem radicis datur interne mane et vesperi.

### LOTIO ZINCI CAMPHORATA.

℞. Sulfatis zinci,
Alcoholis camphorati ana unciam semis.
Aquæ destillatæ fervidæ libras duas.
Misce probe agitando; dein cola.

Usus : Ulcera atonica, flaccida; varices ani.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0626-9
DFG

LOTIO E ZINCO ET CUPRO COMPOSITA.

℞. Oxydi zinci grana duodecim.
Sulfatis cupri grana quatuor.
Aquæ calcis uncias duas.
Mellis Rosacei drachmam unam. Misce.

Usus : Hæc lotio diu secreta habita efficax inventa fuit ad ulcera genitalium aliarumve partium phagedænica.

---

## INJECTIONES.

### INJECTIO ADSTRINGENS.

℞. Gummi-resinæ Kino drachmam unam—duas.
Aluminis grana viginti—triginta.
Aquæ fervidæ libras duas.

Misce triturando ; dein digere calide per horam, et cola.

Usus : Blennorrhœa rebellis, ter quaterve de die.

*Vel :*

℞. Corticis (vel foliorum) Quercus-Roboris pulv. unciam unam—duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0627-5 DFG

Aquæ libram unam semis.

Coque ad colaturam libræ unius.

Quandoque, loco corticis Quercus, sumitur Gallarum pulv. uncia semis.

INJECTIO AD BLENNORRHŒAM prima.

℞. Acetatis plumbi liquidi uncias quinque.
Muriatis hydrargyri oxygenati drachmam semis.

Misce terendo; dein liquorem per subsidentiam depuratum effunde; ejusque drachmam unam — duas cum aquæ puræ libra una misce. — Portio injiciatur mane et vesperi.

INJECTIO AD BLENNORRHŒAM secunda.

℞. Sulfatis zinci grana duodecim.
Acetatis plumbi liquidi guttas duodecim.
Aquæ destillatæ libram unam.

INJECTIO AD BLENNORRHŒAM tertia.

℞. Sulfatis zinci drachmam unam.
Aquæ camphoratæ uncias duas.
Aquæ puræ libras duas. Misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0628-1

Portio hujus injiciatur quater de die, idque singula vice ter repetatur.

### INJECTIO CUPRATA.

℞. Solutionis cupri ammoniacalis guttas quadraginta octo.

Aquæ puræ libram unam. Misce.

*Vel :*

℞. Sulfatis cupri grana viginti—triginta.

Aquæ puræ libras duas. Misce.

*Vel :*

℞. Linimenti viridis quantum placet.

Usus : Blennorrhœa ; metrorrhagia ; ulcera urethræ ; fistula.

### INJECTIO AD FISTULAS.

℞. Tincturæ Littæ vesicatoriæ drachmas tres—quatuor.

Aquæ libram unam. Misce.

*NB.* Ut effectus desideratus obtineatur, dosis Tincturæ addita talis esse debet ut inflammationem excitet.

*Vel :*

℞. Lotionis ex muriate hydrargyri quantum placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0629-9 DFG

Injiciatur portio sæpius de die.

*Vel :*

℞. Aquæ calcis cinchonatæ quantum placet.

*Vel :*

℞. Emulsionis Gummi-resinæ Ammon quantum placet.

*Vel :*

℞. Aquæ calcis,
Alcoholis, ana uncias octo. Misce.

*NB.* Alcohol gradatim augeatur, donec alcohol purum ferat æger. Hac methodo latera fistulæ sæpe perfecte siccantur et cicatrisantur.

## INJECTIO AD LEUCORRHŒAM (PRINGLE).

℞. Sulfatis zinci,
Aluminis fusi, ana unciam semis.
Aquæ libras duas.
Misce ut fiat solutio.

Injiciatur uncia una hujus liquoris in vaginam ter quaterve de die, idque singula vice ter repetatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0630-0 DFG

### INJECTIO AD LEUCORRHŒAM (Young).

℞. Acetatis plumbi liquidi drachmas duas.
Aceti puri libram semis.
Aquæ Rosæ libram unam semis.
Misce.

Usus: Metrorrhagia; leucorrhœa.—Portio hujus sæpius de die in vaginam injiciatur.

### INJECTIO EX MURIATE HYDRARGYRI OXYGENATO.

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati granum semis—unum.
Aquæ destillatæ uncias quatuor.
Quandoque adduntur:
Acetatis plumbi liquidi guttæ octo.

Usus: Blennorrhœa rebellis.—Alii eandem etiam in Blennorrhagia adhibent.

### INJECTIO E NITRATE ARGENTI.

℞. Nitratis argenti fusi granum unum.
Aquæ destillatæ uncias sex.

Usus *egregius*: Blennorrhœa.—Item *forma collutorii*: Ad tumorem linguæ et ulcera oris ex hydrargyro.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0631-6 DFG

## INJECTIO OLEOSA.

℞. Olei Olivarum (vel Amygdalarum) uncias quatuor.

Injiciatur portio leniter calefacta.

Quandoque cum successu adduntur:

Acetatis plumbi liquidi guttæ octo.

Usus: Inflammatio urethræ violenta; stranguria.

## INJECTIO E PLUMBO COMPOSITA.

℞. Pulveris e plumbo grana viginti.

Sulfatis zinci grana sex.

Aquæ Rosæ uncias quatuor. Misce.

Usus: Hanc injectionem ad Blennorrhagiam laudavit Clare, sed eam tutius in blennorrhœa adhiberi credo.

## INJECTIO SEDATIVA.

℞. Aquæ destillatæ uncias quatuor.

Tincturæ opii guttas quinquaginta.

## INJECTIO SEDATIVA COMPOSITA.

℞. Extracti opii drachmam unam—tres.

Aquæ fervidæ libram unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0632-2 DFG

Terendo misce, dein adde

Acetatis plumbi liquidi drachmam unam—tres.

Usus: Blennorrhagia (J. Hamilton).

---

## ENEMATA.

### ENEMA ACETATUM.

℞. Aquæ tepidæ uncias sex.

Aceti puri uncias duas — sex. Misce.

Fiat Enema, omni hora vel bihorio repetendum.

Usus: Ileus desperatus; obstipatio rebellis. *NB.* Si irritabilitas recti major sit, dosis aceti diminuatur.

### ENEMA ANTISPASMODICUM.

℞. Gummi-resinæ Ferula-Assæ fœtidæ drachmam unam.

Aquæ uncias octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0633-8 DFG

Coque per quadrantem horæ vase clauso dein cola.

Usus: Convulsio hystericarum; colica spasmodica, flatulenta, repetendo bis terve de die.

*NB.* Idem etiam pro re nata utiliter vaginæ injici potest.

## ENEMA AD ASCARIDES.

℞. Vini rubri (vel Aquæ) uncias sex.
Muriatis sodæ quantum solvi potest.
Misce.

*Vel:*

℞. Olei Absinthii cocti uncias quatuor—sex.

*Vel:*

℞. Seminis Veratrum-Sabadillæ pluv. drachmam semis.
Aquæ uncias decem.
Coque ad colaturam unciarum septem, et adde Lactis recentis uncias septem (Schmucker).

## ENEMA NUTRIENS.

℞. Gelatinæ animalis unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0634-3 DFG

Dissolve bulliendo in Lactis unciis quatuor. Injiciatur ter quaterve de die.

Usus in omnibus casibus ubi ex deglutitione suspensa aut abolita nutritio corporis requiritur.

## ENEMA OLEOSUM.

℞. Decocti Hordei (vel Seminis Lini), Olei Lini (vel Olivarum), ana uncias quatuor—sex. Misce.

Usus: Dolores intestinorum; inflammatio uteri, vesicæ, prostatæ, peritonæi.

## ENEMA SEDATIVUM.

℞. Extracti Opii grana duo.
Aquæ (vel infusi Seminis Lini) uncias sex. Misce.

Usus: Ulcus rebelle recti; trismus; convulsio; spasmi abdominis.

*NB.* Si ulcus altius hærere suspicio est, liquidi dosis augenda est.

*Vel:*

℞. Amyli drachmam unam semis.
Aquæ fervidæ uncias sex.

Misce, ut fiat solutio, cui adde
Tincturæ Opii drachmam unam.

Usus: Tenesmus; dysuria; dolor et irritatio colli vesicæ aut prostatæ; hæmorrhoides dolentes; dysenteria.

## ENEMA TABACI.

℞. Infusi foliorum Nicotiana-Tabaci uncias quatuor.

Usus: Ileus; obstipatio rebellis; hernia incarcerata; asphyxia; apoplexia; ascarides.

*NB.* Hoc enema etiam *sæpe* valet ad vomitum excitandum ubi indicatur, et quando æger deglutire non potest.

## ENEMA EX TEREBINTHINA.

℞. Terebinthinæ Pinus-Laricis unciam unam.
Vitelli ovi numero unum.
Simul intime tritis adde
Decocti Hordei uncias sex.

Usus: Dolor violentus ex calculo renum vel vesicæ; ischuria paralytica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0636-5

# FOTUS s. FOMENTA.

## FOTUS ADSTRINGENS.

℞. Corticis Quercus-Roboris pulv. libram semis.
Florum (vel corticis) fructus Punica-Granati pulv. uncias tres.
Aquæ libras sex.
Coque et colaturæ librarum trium adde
Aluminis drachmas sex.

*Vel:*

℞. Gallarum pulv. unciam semis—unam.
Aquæ fervidæ libras duas.
Digere per horam et cola.

Usus: Metrorrhagia, hæmorrhagia recti; leucorrhœa; prolapsus.

## FOTUS ALUMINOSUS.

℞. Aluminis drachmas duas.
Dissolve in
Aceti libra semis; dein adde
Alcoholis diluti libram semis.

Usus *egregius* : Pernio; tumores et dolores genu aliorumve articulorum. — Linteum hoc liquore constanter madidum parti affectæ applicando.

## FOTUS AROMATICUS.

℞. Foliorum Artemisia-Absinthii,
——— Lauri Nobilis,
——— Rosmarini officinalis, ana uncias duas.
Aquæ libras decem.

Coque vase clauso ad colaturam librarum octo. — Quandoque, loco aquæ, sumitur vinum rubrum.

Usus : Contusura; luxatio; debilitas localis.

## FOTUS EX BRYONIA.

℞. Radicis Bryoniæ albæ concisæ uncias duas.
Aquæ libras quatuor.
Coque et colaturæ librarum duarum adde
Aceti libras duas.
Muriatis sodæ quantum solvi potest.

Usus : Tumor genu; contusura; tonsillitis inflammatoria.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0638-6
DFG

## FOTUS COMMUNIS.

Vesica suilla repleatur ad dimidium aqua, lacte, aut oleo quovis fixo calido, et applicetur parti affectæ.

*Vel:*

Pannus laneus porosus aquæ fervidæ immersus, dein expressus applicetur, renovando quoties frigescere incipit.

Hic fotus egregius est in febribus si eodem pedes involvantur omni semihora. CULLEN.

## FOTUS E CONIO.

℞. Foliorum Conii maculati pulv. uncias tres.
Aquæ libras tres.
Coque ad libras duas.

USUS idem ac cataplasmatis e conio.

## FOTUS DISCUTIENS.

℞. Muriatis ammoniacæ unciam unam.
Alcoholis Rosmarini officinalis libram unam. Misce.

USUS: Tumor lacteus mammarum (mox initio morbi) JUSTAMOND. — Lintea hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0639-5 DFG

liquore madida mammæ tumenti constanter applicentur, sæpius renovando.

*Vel:*

℞. Acetatis ammoniacæ,
Alcoholis,
Aquæ, ana uncias quatuor. Misce.

*Vel:*

℞. Aquæ libras duas.
Aceti,
Alcoholis diluti, ana libram unam.
Muriatis ammoniacæ drachmas sex—octo. Misce.

## FOTUS OLEOSUS.

Pannus laneus porosus (nostratibus *Flannel* dictus) Oleo Lini aut Olivarum calido immergatur, dein leniter expressus applicetur parti affectæ, superponendo lintea calida, et renovando quoties frigescere incipit.

Usus: Dolor violentus ex inflammatione aut spasmo; præprimis Enteritis, metritis, peritonitis, ischuria, etc.

## FOTUS AD PERNIONES.

℞. Aquæ libras quinque.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0640-6
DFG

Aluminis pulv. libram unam (vel quantum solvi potest).

*Usus*: Manus vel pedes in hanc solutionem, eo gradu calefactam ut æger ferre possit, omni nocte ante decubitum immergantur donec refrigeratus sit liquor.

Quandoque utiliter additur alcoholis libra semis. Rugæ cutis superstites vino tepido lavando tolluntur.

*NB.* In Silesia eodem scopo cum successu utuntur decocto herbæ Hyosciami nigri aut Thymus-Serpy*lli*.

## FOTUS REFRIGERANS s. RESOLVENS (RICHTER).

℞. Aquæ libras viginti.
Aceti libras duas.
Nitratis potassæ uncias octo.
Muriatis ammoniacæ uncias quatuor.
Misce.

*Usus*: Contusura; ecchymoma; luxatio; fractura; vulnera capitis violenta; concussio cerebri (Raso capite et deligato vulnere); orchiocele. — Lintea quadru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0641-2 DFG

plicata aut sexduplicata hoc liquore madida omni hora frigide applicando.

### FOTUS SEDATIVUS.

Vide *Solutio* et *Lotio Sedativa.*

Usus: Dolor aut irritabilitas magna partium inflammatarum aut ulceratarum.

---

## EMBROCATIONES.

---

Liquor medicatus ex alto guttatim vel continuo rivulo in partem affectam depluens. — Quo altius depluit liquor, eo efficacius partem ægrotam commovet et concutit; Aquæ minerales hoc scopo sæpe idonee adhibentur.

*NB.* Embrocatio itaque et a fotu et a linimento differt cum quibus hodie a pluribus male confunditur.

Liquor pro stillicidio modice calefactus et vasi apto immissus ex altitudine successive aucta destillet in partem affectam nudam, quæ eodem tempore simul leniter perfricetur. Sub parte affecta supposita sit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0642-7
DFG

pelvis, quæ liquorem munere suo functum excipiat. Stillicidium initio per quadrantem horæ et post aliquot dies per mediam et tandem per integram horam, siquidem æger ferre possit, continuetur. Dein pars affecta vesica aqua calida ad dimidium repleta aut fotu alio idoneo undique circumdata foveatur, ægro in lecto calido deposito, ut aliquot horarum spatio sudet. Denique fricetur pars scopa propria aut pannis laneis siccis, calidis, iisdemque obvoluta a frigore defendatur, continuando hoc modo per mensem unum aut alterum.

### EMBROCATIO AMMONIACALIS.

℞. Carbonatis ammoniacæ liquidi unciam unam.
Alcoholis uncias sex.
Aquæ libram unam—duas. Misce.

Si, loco alcoholis, sumitur alcohol camphoratum, habetur:

### EMBROCATIO AMMONIACALIS CAMPHORATA.

Quandoque, loco alcoholis, adduntur:
Acetatis ammoniacæ unciæ duæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0643-3 DFG

### EMBROCATIO DISCUTIENS.

℞. Herbarum aromaticarum libras sex.

Coque cum Aquæ quantum satis, vase clauso, per quadrantem horæ; et in colaturæ librarum viginti quatuor dissolve

Muriatis (vel *Acetatis*) ammoniacæ uncias quatuor.

Alcoholis Juniperi libras duas.

Usus: Physconia viscerum abdominalium, præcipue hepatis, lienis, ovariorum; paralysis; tumores articulorum; arthrodynia rheumatica aut podagrica; anchylosis; contractura.

### EMBROCATIO STIMULANS.

℞. Linimenti stimulantis unciam unam—duas.

Aquæ libram unam. Misce.

---

## CATAPLASMATA.

### CATAPLASMA ACETATUM.

℞. Farinæ cujuscunque (vel Micæ Panis) quantum opus.

Aceti quantum satis, ut fiat cataplasma sæpius de die frigide applicandum.

Usus : Tumores vel ecchymoma ex contusura, distorsione aut luxatione.

### CATAPLASMA EX ALLIO.

℞. Radicis Allium-Cepæ quantum placet.
Coque in Aquæ quantum satis donec mollescant radices.

Usus ad suppurationem promovendam.

### CATAPLASMA EX AQUA MARINA.

℞. Muriatis sodæ,
——— calcis, ana unciam semis.
Aquæ libram semis.
Misce, ut fiat solutio, cui adde
Farinæ cujuscunque quantum satis.
Ut fiat cataplasma.

Usus : Tumores glandularum et articulorum scrophulosi.

### CATAPLASMA COMMUNE.

℞. Micæ Panis veteris quantum opus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0645-5
DFG

Coque cum Aquæ (vel Lactis aut decocti Althææ) quantum satis.

Adde sub finem coctionis

Farinæ seminis Lini pauxillum.

Ut fiat catasplasma.

Usus: Tumores inflammatorii.

*Vel:*

℞. Farinæ cujuscunque,

Mellis, ana partes æquales. Misce.

Usus: Furunculus aliive tumores inflammatorii, ubi intentio est suppurationem promovere.

## CATAPLASMA E CONIO.

℞. Herbæ Conii maculati pulv. quantum opus.

Coque cum Aquæ quantum satis, ad consistentiam catasplasmatis.

*NB.* Ubi tempus anni permittit, herba recens contusa in formam cataplasmatis præferri meretur.

Usus: Scirrhus; ulcera carcinomatosa, scrophulosa, aliave, cum magna irritabilitate conjuncta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0646-1

## CATAPLASMA E DAUCO.

℞. Radicis Daucus-Carotæ recentis rasæ quantum opus.

*Vel:*

℞. Radicum Daucus-Carotæ quantum opus. Coque in Aquæ quantum satis, donec mollescant.

Usus parti nudæ applicando: Ulcera putrida, carcinomatosa; herpes; psoriasis scroti et genitalium.

## CATAPLASMA DISCUTIENS.

℞. Florum Anthemis nobilis (vel herbæ Artemisia-Absinthii, aut herbæ Gentiana-Centaurei),
Radicis Bryoniæ albæ recentis, ana unciam unam.
Foliorum Malvæ rotundifoliæ (vel Radicis Althææ officinalis) unciam semis.

Concisa et contusa coque in Aquæ libris quatuor, ad colaturam librarum trium, quæ pro fotu ter de die applicando inserviat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0647-6

Herbis a Colatura remanentibus adde:
Olei Olivarum (vel Axungiæ porcinæ) unciam unam.
Ut fiat cataplasma parti affectæ applicandum.

Usus: Angina inflammatoria (G. Fordyce).

*Vel:*

℞. Radicis Bryoniæ albæ uncias tres.
Florum Sambuci nigræ unciam unam.
Concisa et contusa coque in aquæ libra una per mediam horam; dein effunde aquam et adde herbis expressis.
Gummi-resinæ Ammon, aceto quantum satis solutæ, unciam semis.
Muriatis ammoniacæ drachmas duas.
Alcoholis camphorati unciam unam.
Ut fiat cataplasma.

*Vel:*

℞. Fæcum vini recentium quantum placet.
Coque ad consistentiam cataplasmatis.

Usus: Tumores articulorum; contusura; luxatio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0648-2
DFG

## CATAPLASMA EMOLLIENS.

℞. Seminis Lini usitatissimi quantum placet.
Aquæ quantum satis.

Coque per mediam horam, addendo sub finem coctionis

Micæ panis veteris quantum satis.

Ut fiat cataplasma.

*Vel :*

℞. Farinæ Seminis Lini quantum placet.
Aquæ fervidæ (vel decocti Althææ) quantum satis.

Ut fiat cataplasma.

Usus : Tumores phlegmonoidei.

## CATAPLASMA EPISPASTICUM.

℞. Farinæ Avenæ (vel Tricici),
——— Seminis Sinapis nigræ, ana uncias duas.
Aceti quantum satis.

Ut fiat cataplasma, in duas portiones dividendum, quæ plantis pedum applicentur.

Quandoque additur :

Radicis Cochlearia - Armoraciæ rasæ uncia semis.

Usus: Morbi nati ex sudore consueto locali suppresso, aut exanthematibus chronicis vel acutis retropulsis.

## CATAPLASMA E POMO.

Pomum assatum (vel aqua ad mollitiem coctum) per cribrum aut linteum trajicitur, ut partes duræ separentur.

Usus: Ophthalmia, nudo oculo applicando.

## CATAPLASMA SEDATIVUM.

Fit addendo cataplasmati communi vel emollienti:

Solutionis opii unciam unam alteramve.

*Vel*:

Addendo cataplasmati communi:

Acetatis plumbi liquidi drachmam unam alteramve.

Usus: Ulcera aut tumores valde dolentes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0650-2
DFG

# CEREOLI MEDICATI; CATHETERES; TURUNDÆ ET PESSARIA.

## CEREOLI MEDICATI.

SYN. *Cerei s. Candelulœ medicatœ.*

### CEREOLI COMMUNES.

℞. Ceræ flavæ libram unam.
Leni igne liquefactæ sensim et sub continua agitatione instilla
Acetatis plumbi liquidi unciam semis.
*Vel:*

℞. Olei Olivarum libras tres.
Ceræ flavæ libram unam.
Oxydi plumbi rubri libram unam semis.
Coque leni igne circiter per sex horas.
*Vel:*

℞. Ceræ flavæ libram unam.
Terebinthinæ Pinus-Laricis uncias quatuor.
Leni igne liquefactis et parum refrigeratis adde probe movendo
Sulfureti hydrargyri rubri unciam unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0651-7 DFG

Miscellæ debitæ paratæ immerge lintea variæ magnitudinis quæ dein lege artis convoluta intra duos asseres vel lapides politos effingantur in cereolos varii voluminis.

*NB.* Quidam, loco linteorum, cum successu adhibent vellus (vulgo *Charta s. Membrana Pergamena* dicta) convolutum, probe agglutinatum; dein massæ immersum.

## CEREOLI EMOLLIENTES.

℞. Ceræ flavæ libras duas.
Sevi Ovilli,
Olei Olivarum, ana uncias duas.

Simul leni igne *liquescant* ut *fiat* massa cui lintea variæ magnitudinis immergantur dein in cereolos efformanda.

Usus Cereolorum : 1. Ad dilatandam urethram, vulvam, anum. 2. Ad comprimendas et delendas carunculas aut excrescentias. 3. Ad curanda ulcera urethræ inveterata. 4. Ad curandas blennorrhœas aut pyurias urethrales. 5. Ad excitandam aut revocandam blennorrhagiam male suppressam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0652-3
DFG

### CEREOLI EX HYDRARGYRO.

℞. Ceræ flavæ uncias sex.

Acetatis plumbi liquidi unciam semis.

Muriatis hydrargyri drachmas duas.

Fiat massa pro cereolis methodo mox indicata efformandis.

Hi cereoli magis irritantes sunt quam præcedentes, hinc ad blennorrhagiam suppressam revocandam efficaciores.

Eidem scopo serviunt:

### CEREOLI EX CHORDIS FIDIUM.

### CEREOLI EX RESINA ELASTICA.

*NB.* Tubi seu Cereoli cavi ex resina elastica majoris diametri, per os aut per nares in pharyngem introducti, etiam egregie serviunt ad nutriendum corpus in dysphagia ex spasmo, paralysi aut vulnere pharyngis; item in tetano, hydrophobia, asphyxia.

## CATHETERES.

---

### CATHETERES EX RESINA ELASTICA.

### ——————— EX ARGENTO.

Usus: Urinæ suppressio. — Item ad curandas fistulas et ulcera urethræ, perinæi

aut vesicæ, prohibendo sic ne urina perpetuo per fistulam stille.

## TURUNDÆ.

---

TURUNDÆ EX SPONGIA OFFICINALI.

Spongia officinalis siccata per se; vel ceræ immersa, dein expressa et in portiones variæ diametri concisa egregie servit ad orificia sinuum et fistularum dilatanda, ut puri exitus facilis pateat et injectiones commode fieri possint; nec non ad vulnera aut ulcera aperta tenenda, ne cicatrisentur antequam basis eorum pura et repleta sit.

TURUNDÆ EX CHORDIS FIDIUM quæ humefactæ intumescunt.

TURUNDÆ EX CEREOLIS VARIIS. Vide *Cereoli*.

TURUNDÆ EX LINTEO CARPTO.

Huc etiam pertinent.

PISA aut globuli ex variis aliis substantiis ad fonticulos apertos tenendos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0654-5 DFG

# PESSARIA.

Syn. *Pessus; suppositoria.*

Optima quibus hodie utimur sunt:

Pessaria ex resina elastica s. caoutchouc parata, ovalia vel cylindrica variæ magnitudinis.

Possunt etiam fieri ex auro, argento, ebure, subere, spongia simplici vel spongia inclusa in sacculo ex linteo aut serico vernice obducto; vel ex vesica quæ vaginæ aut ano immissa aëre inflatur.

Usus: Præprimis ad prolapsum vaginæ, uteri, recti; et hoc scopo in medio perforata esse debent ut sanguini menstruo et fæcibus exitus pateat.

*NB.* Fiunt etiam Pessaria ex Spongia medicamentis adstringentibus variis aut aceto imprægnata ad sistendam hæmorrhagiam uteri vel narium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0655-0

## EMPLASTRA ET CERATA.

Cerata ab emplastris non differunt nisi quod molliora sint.

Quantitas ingredientium sit:

Pro cerato aut emplastro molli uncia una olei, uncia una ceræ, et pulveris uncia semis.

Pro emplastro mediæ consistentiæ olei uncia una, ceræ uncia una semis, et pulveris drachmæ sex.

Pro emplastro duro olei uncia una, ceræ unciæ duæ, pulveris uncia una.

Usus *generalis:* 1. Ad vulnera unienda. 2. Ad vulnera et ulcera tegenda ut aëris accessus arceatur. 3. Ad scirrhos aut tumores scrophulosos, aliosve tumores frigidos resolvendos. 4. Ad tumores inflammatorios emolliendos et suppurationem promovendam.

## EMPLASTRA.

EMPLASTRUM ADHÆSIVUM s. ROBORANS.

℞. Resinæ Pini uncias duas.

Ceræ drachmas sex.
Sevi ovilli drachmam unam.
Simul terendo misce.

*Vel si mollius desideras:*

℞. Resinæ Pini unciam unam.
Ceræ drachmas quinque.
Sevi ovilli drachmam semis.

*NB.* Hæc emplastra cutem non irritant ut ea vulgo ex pice parata. Posterius præcipue convenit cuti teneræ.

EMPLASTRUM ADHÆSIVUM ANGLICUM.

℞. Ichthyocollæ in frustula minima concisæ unciam semis.
Aquæ fervidæ libram unam.

Digere calide per 12 horas; dein leni igne coque, donec soluta fuerit ichthyocolla et cola per linteum.

Hæc solutio mediante penicillo adplicatur telæ sericeæ nigræ tenuissimæ fortiter extensæ. Primo hoc strato leni calore siccato adplicatur secundum; hocque siccato tertium stratum; tandem superficies perfecte siccata penicillo Tinctura Balsami Peruviani vel Tinctura Benzoës madido leniter illinitur et postea in portiones pro libitu scinditur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0657-2 DFG

Usus : Convenit in vulnere aut excoriatione superficiali aërem arcessendo; vulneribus vero aut ulceribus madidis non adhæret.

EMPLASTRUM ADSTRINGENS.

Syn. *Emplastrum Roborans s. Thuris* Ph. L.

℞. Resinæ vulgo *Thus* dictæ libram semis.
——— Dracæna-Draconis uncias tres.
Emplastri e Plumbo libras duas.

Emplastro liquefacto adde cœtera in pulverem trita.

Usus idem ac Emplastri Stiptici.

EMPLASTRUM BELLADONÆ.

℞. Succi recentis herbæ Atropa-Belladonæ,
Olei Seminis Lini usitatissimi, ana uncias novem.
Ceræ flavæ uncias sex.
Terebinthinæ Pinus-Laricis drachmas sex.
Pulveris herbæ Atropa-Belladonæ uncias duas.

Misce, ut fiat emplastrum.

Virtus : Sedativa, emolliens, resolvens.

Usus : Scirrhus aliive glandularum tumores duri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134282-p0658-8
DFG

## EMPLASTRUM E CAOUTCHOUC seu RESINA ELASTICA.

℞. Caoutchouc (vulgo Gummi seu Resina elastica dicti) concisi uncias quatuor.

Olei volatilis Terebinthinæ Pinus-Laricis libram unam.

Digere per octiduum calore moderato vase clauso; dein coque leni igne, et liquorem per subsidentiam depuratum effunde, eique adde

Olei olivarum,

Ceræ albæ, ana uncias duas.

Ebulliant leni igne per horam, donec Oleum Terebinthinæ avolaverit. Massam frigefactam in vase terreo usui serva. Hæc massa calore æstivo non liquescit.

Usus: Optimum est hoc emplastrum adhæsivum ad vulnera quæcunque cito consolidanda, et aërem ab iisdem efficaciter arcendum.

*NB.* In vulneribus contusis, ubi caro mortua adest, hæc prævie suppuratione separanda est.

